Tractatus, de ventositatis spinae saevissimo morbo; : de quo nihil fere Graeci, & paucissima Arabes, Latinique conscripsere; / revisus, correctus & annotationibus, novisque cum propriis tum alienis observationibus e variorum authorum monumentis erutis illustratus & ad hodierna medicine principia accommodatus a Georgio Abrahamo Merclino.

Contributors

Pandolfini, Giuseppe.
Mercklin, Georg Abraham, 1644-1702?

Publication/Creation

Noribergae : Apud Johannis Andreae & Wolffgangi Endteri junioris haeredes, Anno M. DC. LXXIV. [1674]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rahe9h2y

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

PANDOLPINUS

DE

VENTOSITATIS

SPINÆ MORBO

1 6 7 4





d d 01
e 1 13 5
28
C. 1. 18
Pet 3 3



Jn.° Lewis Petit M:D.
Coll. Regal. Med. Lon. Soc. S.R.S & S.S.A.

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PANDOLPHINUS, J.

656371A

X 2

JOSEPHI PANDOLPHINI

à Monte Martiano,

Medici & Philosophi

TRACTATUS,

De

VENTOSITATIS

SPINÆ,

Sævissimo Morbo;

De quo nihil ferè Græci, & paucissima Arabes, Latinique conscripsere;

Revisus, correctus, & Annotationibus, novisque cùm propriis cùm alienis Observationibus, è variorum Authorum monumentis erutis, illustratus,

& ad hodierna Medicinæ principia accommodatus

à

D. GEORGIO ABRAHAMO MERCLINO, JUN.

Med. Noribergens.

LONDON MEDICAL SOCIETY

NORIBERGÆ,

Apud Johannis Andreæ & Wolffgangi Endteri Junioris Hæredes.

ANNO M. DC. LXXIV.

ILLUSTRIS REIPUBLICÆ
NORIBERGENSIS
PHYSICIS ORDINARIIS,
Ejusdemq; Collegii Medici
Decano & cæteris Collegis,
Viris Nobilissimis, & Excellentissimis,
MEDICINÆ DOCTORIBUS
Experientissimis,
Dominis, Fautoribus, Collegis, respectivè Affinibus, Parenti, & Amicis suis
Omni honoris, officiorum, & amoris genere prosequendis.

DNN.

JOHANNI GEORGIO VOLCAMERO, hodiè Decano,
PAULO FREHERO, Seniori,
GRE-

GREGORIO HILLINGIO,
nunc Officin. Pharmaceutic,
Visitatori Seniori,
JOHANNI RÖDERO,
JOHANNI SCULTETO,
CHRISTIANO HALBACH,
GEORGIO ABRAHAMO
MERCLINO,
JACOBO BÜRLINO,
CHRISTOPHORO THEO-
PHILO SCHEURELIO,
hoc anno Officin. Pharmaceut.
Visitat. Jun.
SEPTIMO ANDREÆ
FABRICIO,
IMMANUELI WILHELMO
AYRERO,

Felicitatem!

DEliberanti mihi, cuinam potissimùm, inter illos, quibus aliquo studio obstrictum me sensi, hunc meum qualemcunque laborem sacrum facerem, nemo in memoriam venit, cui potiori jure eum deberem, quàm VOS,

VOS, *Domini, Fautores, & Collegæ mei Honoratissimi!* VOBIS igitur, quicquid hujus meæ est opellæ, nuncupare volui; non quidem ut à frivolorum hominum insultationibus, quas tantùm non prævideo, me tueamini, quippe quod ne quidem petere à *VOBIS* ausim, veritus, ne nimis tædiosum onus humeris *Vestris* imponerem; sed potius partim, ut cultus atque amoris erga *Vos* mei, qualem

ingenuos *Collegas* inter se servare decet, publicum exstaret documentum, partim ut favorem simul ac reciprocum *Vestrum* amorem ulterius in me derivarem. Ad hæc vix ullus *Vestrûm* est, qui non intra paucos hos annos, ex quo *Collega Vester* audio, singulare aliquod benivolentiæ, humanitatis, aut amoris specimen mihi exhibuerit. Unde fas, æquumque, quin etiam necessarium duxi, hostimentii ergo

ergo levidensi hoc munusculo, cùm aliud non suppetat, apud *VOS* aliquantillum me liberare.

Quòd autem *VOS* omnes, *Nobilissimi Dnn. Doctores!* unà copulaverim, ideo factum, ut ne, quos unum *Collegium*, una professio, unus inter omnes amor, unaque fides, concordi animorum nexu conjugavit, temerè dirimere ac separare viderer.

Accipite ergo *Medicorum selectissimi!* eâ fronte, eoque animo, quo, id est, candido & sincero, offero hunc meum, non nisi, quod fateor, alienis plumis ornatum fœtum, ulteriorique favore ac perenni amore, ut cœpistis, me prosequi pergite; atque ut opem *Vestram* implorantibus, ad Dei gloriam, ægrotantium emolumentum, Vestrumque honorem, sanis *Vestris* consiliis subinde præsto esse possitis,

sitis, diu felices vivite, & benè Valete.

Vestrûm Omnium, Virorum Præstantissimi!

Noribergæ VII.
Calend. Aprilis
M. DC. LXXIV.

addictissimus Collega

D. GEORG. ABRAHAM
MERCLINUS, Jun.

PRÆFATIO.

Benevolo Lectori

S. P.



Liquot numerari possunt morbi, quos vulgò Veteribus prorsus ignotos, & paucis demum retro seculis prognatos contendunt. Tales sunt: Variolæ, Morbilli, Febris petechialis, miliaris, Lues Venerea, Scorbutus,

tus, Sudor Anglicus, Rachitis &c. Hi, inquam, omnes, & fortassis adhuc alii, dirissimi affectus ab aliis quidem pro novis habentur, ab aliis verò contrà, & ut nobis videtur, rectiùs, Veteribus non solùm utique innotuisse, sed jam ante Hippocratis quoque tempora mortale hominum genus afflixisse creduntur simul ac demonstrantur; licèt aliis atque diversis nominibus indigi-

tati. Unde hanc ambiguitatem, an memorati, hisq; similes affectus novi sint, nec ne, ex solâ nominum varietate atque mutatione propullulasse censendum. Cui accedit quorundam symptomatum diversitas atque exacerbatio, quorum ratione fit, ut morbi, qui paulo aliis & nonnunquam sævioribus symptomatibus, ac à Veteribus descripti sunt, induti hodie incedunt, pro novis & nostrâ demum tem-

tempestate ortus perperam venditentur : Cùm nova hæc morbo subinde accedentia symptomata non statim ipsum quoque morbum novum arguant , quippe quæ nullâ aliâ ex causa hodie ingravescunt, magis cumulantur , ac tam mirâ sæpe varietate hominem lacessunt , quàm quia homo victûs imprimis varietate ac pravitate , nec non effræna libidine licentiùs hodie, quàm olim, cum ingen-

ti naturalis sui temperamenti destructione, exorbitat atque peccat: qua potissima est ratio, propter quam Joh. Langius Epistol. Med. 15. *exoletos Veterum morbos denuo incrudescere & innovari credit; novos verò, quorum vestigia saltem antè non apparuerint, oriri, pernegat, ratus, quòd, quemadmodum nil modo dictum, quod non sit dictum prius; ita nil in morbis accidat, quod non acciderit olim.* At-

Atque sub hunc ipsum censum ipsam nostram Spinæ Ventositatem *commodè reduci posse existimamus. Hæc enim quamvis similiter nova quadantenus, & Veteribus Græcis non usque adeo nota fuisse videri possit, quia eadem affectus nomenclatio apud ipsos nusquam reperitur; re tamen vera non novus morbus est: quin ipsi etiam Hippocrati, Medicorum Coryphæo non minùs, quàm Galeno,*

leno, aliisq; Græcis Medicinæ Scriptoribus plusquàm notus fuit; licèt sub teredinis sive cariei ossium internæ larvâ suam tum luserit fabulam.

Hanc autem sive Arabum Spinæ Ventositatem, *sive Græcorum* Teredinem *enucleatiùs, & prolixiori sermone, hac dat â largissimâ ansâ, ut scias Lector! pertractandam nobis sumpsimus.*

Annus penè est, quòd

ex-

ex Italia, curante Clarissimo Viro, Carolo Offredo, per Nobilissimum D. Lucam Schröckium, Jun. Medicum Augustanum, Amicum in paucis mihi Colendum, hunc de Ventositate Spinæ *Josephi Pandolphini, hoc ipso argumento nobilis Authoris, Tractatum manuscriptum primitus accepi, de Typographo ut ei prospicerem. Prospectum est haud mora. Promittit Typographus, se typis eum qui-*

quidem exscripturum; sed eâ additâ lege atque conditione, ut, quòd Tractatus brevis admodum, solumq; excudere vix operæ sit pretium, aliquid adjiciam, harum materia quod quadantenus congruat. Cogitatum est diversum. Jamq; deliberatum fermè erat, ex diversis Authoribus, quum eorum pauci sint, quicquid de Spinæ habeant Ventositate, eruere, illudq; sub finem appendicis loco annectere. Ne-

Negante autem Typographo, ſibi licere, integrum Severini Librum de Pædarthrocace (quæ ipſum Malum noſtrum eſt) tranſcribere, iterum mutare conſilium neceſſe fuit, ne Opus, quod de Ventoſitate Spinæ *abſolutum, id eſt, omnia aut ſaltem pleraque de eodem themate apud diverſos Authores obvia continens, meditati ſumus, mutilum atque mancum evaderet. Unde tandem conſultiſſimum*

mum visum fuit, Annotationibus post singula Capita inserendis totam rem peragere; quod & factum; cœpiq; trimestri circiter abhinc spatio (tantum temporis deliberaudo interea abiit) calcaribus quasi ad has curas incitatus, ex variis hinc inde conquisitis Authoribus, quæcunq; ad hanc nostram Tractationem pertinere videbantur, succisivis horis extrahere, in convenientia loca illa digerere, indeq; has, quas

quas vides, qualescunque, studiosè tamen, quoad possibile fuit, ipsis Authorum verbis servatis, Annotationes non sine labore effinxi; quæ cùm Pandolphini *textu conjunctæ instar completi, & quicquid ullibi sparsim de* Ventositate Spinæ *sedulò nobis inquirentibus reperire licuit, unà in se comprehendentis Operis esse poterunt.*

Quoad Pandolphini *Tractatum, sciri de eo velim, me eum manu scriptum (typis*

pis enim expressus etiam in Italia rarissimus, mihiq; nunquam visus est) pluribus in locis corruptum, minùs sæpè cohærentem, & sive Amanuensis, sive cujuscunque alterius culpâ, mendis plenum emendasse quidem ac in paragraphos necessarios distinxisse, hac tamen solerti cautione, ut ejus sensus ne quicquam immutaretur aut mutilaretur. Verba Authoris, in quæ potissimùm commentatus sum, in ipso

ipso contextu obliquis, sive, ut vocant, cursivis literis expressa reperies, cum præcedente numero, cui idem numerus in qualibet Annotatione respondet. Indicem quoque locupletiorem addidi, quò præcipuæ res nonnunquam, velut in Notis plerunque fit, diffusæ facilius inveniri possent.

Hæc ergo boni consule Benevole Lector! *& hoc nostro in Tuum commodum exantlato labore feliciter*

&

& cum fructu utere, facq́, ut sentiam, si non aliud, saltem conatum nostrum, Medicaq́ studia promovendi studium Tibi non nihil probari, cæterùm memor, quòd nemo ex omni parte beatus; & in magnis etiam voluisse sat sit. Vale.

CATA-

CATALOGUS AUTHORUM,

quorum in toto Tractatu hoc mentio fit.

A.

Ægineta *Paulus.*
Ammannus *Paulus.*
Antidotarium *Bononiense.*
b Aquapendente *Hieronymus Fabricius.*
Archigenes.
Argenterius *Johannes.*
le Argillata *Petrus.*
Aristoteles.
Asclepiades.
Auda *Dominicus.*
Avenzoar.
Averroes.

)( )(Augu-

Auguſtinus.
Avicennas.

B.

Ballonius *Guilhelmus.*
Barbette *Paulus.*
Bartholinus *Thomas.*
Binningerus *Johann. Nicolaus.*
Bontius *Jacobus.*
Botallus *Leonhardus.*
à Brunn *Johann. Jacobus.*
Bruno *Jacob. Pancratius.*

C.

Camerarius *Joachimus.*
Camerarius *Johann. Rudolphus.*
Capivaccius *Hieronymus.*
Cardanus *Hieronymus.*
Celſus *Cornelius Aurelius.*
Charleton *Gualterus.*
dela Courvee *Claudius.*
Cummenus *Alardus Hermannus.*

D.

Democritus.
Deusingius *Antonius.*
Dioscorides *Pedacius.*
Dispensatorium *Augustanum.*
Dispensatorium *Noribergense.*
Duretus *Ludovicus.*

E.

Entius *Georgius.*
Epicurus.

F.

Fallopius *Gabriel.*
Fausius *Johann. Caspar.*
Ferdinandus *Epiphanius.*
Fernelius *Johannes.*
Fienus *Thomas.*
Florentinus *Nicolaus.*

G.

Galenus *Claudius.*
Glissonius *Franciscus.*

Görtius *Zacharias Nicolaus.*
Gourmelenus *Stephanus.*
Grube *Hermannus.*

H

Hartmannus *Johannes.*
Harvæus *Guilhelmus.*
van Helmont. *Johann. Baptista.*
Heurnius *Johannes.*
Hildanus *Guilhelmus Fabricius*
Hippocrates.
Hoffmannus *Caspar.*
Hoffmannus *Mauricius.*
Horatius.
van Horne *Johannes.*
Hornungus *Johannes.*
Horstius *Gregorius.*

I.

Jessenius à Jessen *Johannes.*
Ingrassias *Johann. Philippus.*
Job.
Joubertus *Laurentius.*

L.

Langius *Johannes.*
Lavaterus *Johann. Henricus.*

M.

Macasius *Johannes Georgius.*
Manardus *Johannes.*
Mannagetta *Johann. Guilhelmus.*
de Marchettis *Antonius.*
de Marchettis *Dominicus.*
de Marchettis *Petrus.*
Massa *Nicolaus.*
Megerlinus *Amadeus.*
Mesues *Johannes.*
Mœbius *Gothofredus.*
Molinettus *Antonius.*
Moyses.
à Mynsicht *Hadrianus.*

O.

Offredus *Carolus.*

Olitſchius *Theodorus.*
Ovidius.

P.

Paræus *Ambroſius.*
Pecquetus *Johannes.*
de Pedemontano *Franciſcus.*
Pharmacopœa *Bergomenſis.*
Plato.
Plautus.

Q.

Quercetanus *Joſephus.*

R.

à Reier *Caſpar.*
Rhaſes.
Rolfinckius *Guernerus.*
Rondeletius *Guilhelmus.*
Rulandus *Martinus.*

S.

Sala *Angelus.*
Salmuth *Philippus.*

Sanctus *Marianus.*
Scaliger *Julius Cæsar.*
Schefferus *Sebastianus.*
Schenckius *Johann. Theodorus.*
Schneiderus *Conradus Victor.*
Schnizer *Sigismundus.*
Schröckius *Lucas.*
Schröderus *Johannes.*
Scultetus *Johannes Noribergensis.*
Scultetus *Johannes Ulmensis.*
Seidelius *Bruno.*
Sennertus *Daniel.*
Serapio *Johannes.*
Severinus *Marcus Aurelius.*
Siracides.
Slegelius *Paul. Marquardus.*
de Sorbait *Paulus.*
Spigelius *Adrianus.*

T.

Tagaultius *Johannes.*
Tiraquellus *Andreas.*

Tulpius *Nicolaus.*

V.

Valeriola *Franciſcus.*
Valeſius *Franciſcus.*
Velſchius *Georg. Hieronymus.*
à Vigo *Johannes.*
Volcamerus *Johann. Georgius*

W.

Weckerus *Johann. Jacobus.*
Wierus *Johannes.*

Z.

Zacutus *Luſitanus.*

CATALOGUS

Specialis eorum Authorum, qui Ventositatis Spinæ, Spinæ Ventosæ, vel Padarthrocaces qualemcunque etiam in Scriptis suis mentionem expresse faciunt, quorumq; verba de eâ in hoc Tractatu allegavimus.

{Ammannus *Paulus* Præs.
Olitschius *Theodor.* Respond.}
de Argillata *Petrus.*
Auda *Dominicus.*
Avicennas.
Barbette *Paulus.*
Binningerus *Johann. Nicol.*
{Fausius *Johann. Casp.* Præs.
Schefferus *Sebastian.* Respond.}
Florentinus *Nicol.*
van Horne *Johann.*
Ingrassias *Johann. Philipp.*
Langius *Johann.*
Lavaterus *Joh. Henricus.*

Manar-

Manardus *Johann.*
de Marchettis *Domin.*
de Marchettis *Petrus.*
Maſſa *Nicol.*
{ Mœbius *Gothofr.* Præſ. }
{ Götſius *Zach. Nic.* Reſp. }
Molinettus *Anton.*
Rhaſes.
Rolfinckius *Gœrner.*
Sanctus *Marianus.*
Scultetus *Joh. Ulmenſ.*
Severinus *Marc. Aur.*
Velſchius *Georg. Hier.*
à Vigo *Johann.*

INDEX CAPITUM,

quæ in præsenti Volumine continentur.

CAPUT I.

De Nomine. Pag. 36

CAPUT II.

De Definitione, & primò de universaliori. 84

CAPUT III.

De altera magis vera, ac propria Definitione. 103

CAPUT IV.

De hujus morbi generatione. 149

CAPUT V.

De Causis. 181

CAPUT VI.

De Differentiis. 221

CAPUT VII.

De Signis in genere. 235

CAPUT VIII.

De Signis in specie. 297

CAPUT IX.

De Signis Prognosticis. 319

CAPUT

CAPUT X.

De Indicationibus universalioribus. 334

CAPUT XI.

De Indicationibus specialioribus. 343

CAPUT XII.

De Temporibus. 353

CAPUT XIII.

De Curatione, & primo de Chirurgia. 356

CAPUT XIV.

De Medicamentis communibus. 366

CAPUT XV.

De Medicamentis topicis, & de Chirurgia ad partem laborantem spectante. 408

CAPUT XVI.

De Diæta. 508

CAPUT XVII.

Totus Tractatus Avicennæ circa præsentem morbum, pro Authoris excusatione. 517

Am-

Amplissimæ Firmanæ
Civitati

JOSEPHUS PANDOLPHINUS

felicitatem.



Ivitas Amplissima, totiusque Piceni Splendor! (ut enim in priscis voluminibus conscriptum habetur, Tui gratia regio hæc universa fidelitatis laudem apud Romanos reportare meruit) Meam in tuum obsequium exhibere operam diu quidem concupivi: quod tandem tunc consecutus sum, cùm quinto ferè abhinc anno Tuæ me huc ad-

vocantes literæ ſummâ animi mei lætitiâ redditæ fuere. Non nimium laborem, qui medendo, legendo, aliaque multa præſtando ſuſcipitur ; ſed Tua quàm plurima tantummodò merita pendens ſperansque, pro Tuorum civium humanitate, meos labores Tibi fore non ingratos , conſtitui, Urbs nobiliſſima! eousque in Te commorari, quo læto animo (Te permittente) propriam domum mihi migrare liceat. At loco lætitiæ mœror, luctusque contingit. Nam (ſic Divino annuente conſilio) dilectiſſimo, eoque unico filio, ac uxore cariſſimâ orbatum me video & quàm acerbo animi ſenſu objecturam utriusque ſolliciter, explorato jam Tibi facilè puto. Licet autem tot ſim mœroribus preſſus moleſtiisque circundatus, nullum tamen laborem, cui in Tuum ob

ſequi

sequium, ac animi significationem me subjicere possem, intactum hucusque reliqui: estque horum testis præsens Opusculum de Ventositatis Spinæ Morbo, quod sub Tuo felici, firmo, strenuoque nomine typis dare ausus sum, quanquam humillimum atq; minimè concinnum. Assiduis enim Amicorum precibus impulsus idem in præsentia (ut in primo Chirographo) in lucem edere cogor. Idcirco eò lubentiùs id recipere, tuerique, Civitas Præstantissima! debes, quò celeriùs, nullo auxilio, nisi humanitatis Tuæ confisus, typis mandare decrevi. Et licèt magnitudo, fortunaque Tua majora expostulent; nihilominùs animus in Te meus Opusculi humilitatem, imbecillitatemque virium plenè eriget; dummodò ex voluntate, non autem ex ingenio mu-

nusculum conjicere volueris; vel-
uti Artaxerxes, qui aquam, rusticis
manibus sibi oblatam, tanquam
pretiosissimi officii genus excipi-
endam judicavit; quo ipso finem
quidem dicendi, minimè ve-
rò Te colendi, fa-
cio.

De Spina,

huius Operis Argumento,

Octavii Falconii, Firmani,

Epigramma.

QUò fera Spina volas per cæcos corporis artus,
Teq́; sub immisso vulnere clausa tegis?
Istius ingenio infelix morieris inulta,
Dumq́; aliena cupis funera, funus eris.
Ecce licèt pereas, remanet tibi vita superstes,
Gloria nam summa est, hæc cecidisse manu.

De eodem Libello ad Naturam,

Ejusdem Epigramma.

EXcipe grata parens Juvenis placidissima fœtus,
Excipe nascentis primum Opus ingenii.

Pauca hæc, ſunt meliora tamen. Nam
grata libello
Ducere ter lecto ſecula quisque pco
teſt.
Pauperis at ſint ingenii munuscula
vitæ
dum reprimunt hoſtes, non niſi ma
gna putes.

In Gratiam ejusdem Libelli Auctoris.

Humanum genus loquitur.

Epigramma

Ejusdem Falconii.

*VIx mea vitalem ducebant lu
mina curſum,*
*Saucia morborum cùm tenet oſſa co
hors,*
*Mercuriiq́ novo pellens medicami
ne morbos*
*Corpus inexſtinctam repperit effi
giem.*

A

Aſt iterum languent arcano membra dolore;
Quodlibet ad plagas deficit ingenium.
Pandolphinus *adhuc violatam vulnere vitam*
Integrat, & pupugit, quæ pupugiſſe cupit.
Vive mihi felix; quòd ſi natura ſalubrem
Una dedit vitam, hæc Te vigilante viget.

PRÆFATIO

HOminem (1) contrariis qualitatibus *conflatũ, variis identidẽ vexari morbis, & ad interitum currere, apud Philosophos non mirum est.* At nos (2) naturalia transcendentes, *non tam ad ejusmodi qualitates, quàm ad ipsius hominis crimen, tantæ infelicitatis causam revocabimus. Primum etenim humani generis Parentem, perfectissimâ viri ætate, præstantissimis viribus, ac integerrimâ valetudine procreatum à Deo, postquam culpæ lues invasit; in mortis laqueum omnes miserrimè incidunt,* (3) innumerabilibusque ferè morbis *succumbere cogun-*

coguntur: Inter quos ille, qui Spinæ Ventositas nuncupatur, (de quo Deo favente tractaturi sumus) (4) sævitiæ laude *non paucos antecellit. Sed Clementissimus Conditor omnium, minimè passus est, nobis* (5) remedia deesse, *quibus morborum copia non deerat : ideoq; ingenti sanè beneficio, præstantem, & operatricem Medicinæ* (6) scientiam (7) è cœlo *donavit: de qua elegantissimè Celsus* Libro primo *inquit.* Ut alimenta sanis corporibus agricultura ; sic sanitatem ægris Medicina promittit : *quæ tamen Medicina ad eos morbos depellendos idonea esse nec potest, nec debet,* (8) qui omnem spem curationis expellunt. *Hinc Hippocrates* Libello de Arte 4. *dicebat:* Medicinam esse, morbos ab ægris in totum tollere, & morborum vehementes impetus obtundere, eorumque, qui à morbis victi

sunt, curationem non aggredi: quum id in confesso sit, quòd Medicina tales sanare non possit: *&* text. *13. ejusdem* Libelli *pariter ait*: Quum igitur homo morbo afficitur, qui vehementior, quàm Medicinæ (9) instrumenta; ne sperare quidem oportet, ut à Medicina exsuperetur: *deinde Galen. 2.* Aphorism. Comment. *29.* Recordamur, *inquit*, quòd deploratos nom oporteat attingere, sed relinquere, & morbi finem tantummodò prænunciare: *Quare minimè mirum, in eandem sententiam hæc verba protulisse Celsum* lib. *5.* Prudentis hominis est primùm eum, qui servari non potest, non attingere. *At quia* (10) nemini diess innotescit extrema, *& quisq; hanc quàm devotissimè agere vitam cupiditate summâ tenetur*; *propterea* (11) morbis laborantes etiam deplora-

ploratis, Medicinæ consiliis, præceptisque sese subjiciunt ; *quibus postea ex hac vita migrantibus, eorũ parentes , cæteriq; non inquiunt, hanc Altissimi mentem fuisse , sicq; ab æterno præordinatum , sed* (12) totã in Medicinæ Professores culpam conferre non dubitant, *morbum ab eis minimè perspectum fuisse, vel opportuna remedia non præscripta, dicentes Unde Hippocr.* Libello *superius citato 14. talem scriptam nobis tradidit sententiam* : Idem sentio & de aliis Instrumẽtis, quæcunq; Medicinę opus adjuvãt, quorum omnium singulatim successum si non assequitur Medicus, (13) *vim affectionis accusare* oportet, meâ quidẽ sententia, non ipsam Artem. *Verùm hæc non eo consilio dicta velim, quòd Ventositatem Spinæ (ut ei Arabum familia nomen fecit) morbum semper* (14) incurabi-

lem esse credam. Licèt enim quos ille afficit, plerumq; perimat; non tamen semper, non tamen omnes, pereunt. Quæ quidem animadvertens, multisq; ductus (15) exemplis, hujusce morbi Tractatum pro viribus (cùm plerisq; pueri (16) hac in Urbe ab ipso sint miserrimè correpti) conscribere, meũ esse putavi; ut, si minimè releventur eo; pravâ ipsius naturâ, non autem Medentis incuriâ, inscitiáve id evenire non ignorẽt. Nam (17) qui morbum, ejus causas, præsidiaque dignoscit, is illum etiam curare non ignorat, nisi curationem renuat, & ægrotans, assidentesq; proprio fungantur munere, ut inquit Hippocr. 1. Aphorism. 1. At per ea, quæ in præsenti Volumine erunt conscripta, cùm prædictum morbum, tùm cuncta ei necessaria, medentibus nobis, perspicua fieri, neminem Medicinam profitentem latebit. Ergò quo-

quotiescunq; curabilis non redditur, non adversus nos, sed in ipsum mali moris morbum omnis culpa referenda, ubi divinum, non humanū præsidium requirendum. De hoc equidem morbo hac in Urbe (18) de laborantium copiâ *admiratione summâ affici cogor. Romæ etenim, Neapoli, ac in Pannonia (quibus in locis pluribus annis degi) prædictum morbum ferè* (19) minimè noviſſe confiteor. *Quare unius Anni spatio hîc ea observandi data est mihi occasio, quæ per lustra observare non licuit. Exactam igitur ejus naturam, generationem, præsidia, cateraq; eum concomitantia* (20) (à nemine ferè antea excogitata) *benignè suscipere, favereq; obsecro.*

D. B.

ANNOTATIONES

in

Præfationem Pandolphini.

(1) COntrarias qualitates ipſimet in nobis non obſcurè deprehendimus;; quæ,dum continuè in ſe agunt, reagunt,ac patiuntur, ſit, ut hâc luctâ ſemetipſas ita atterant,uthâc ſuccumbente illa excedat, & ſymmetriæ limites tranſiliat, hincque morbus, mortis prodromus, alius,aliúsve inde cõtingat,prout nimirum vel hæc,vel illa qualitas ſuperat;; non quidem calida, frigida,humida,ſicca, quippe quæ elementares qualitates tantas in corpore perturbationes excitare nequeunt, ut prolixè oſtendi poſſet, & fuſiùs Sennertus de *Chymicor. cum Ariſtotel.* & *Galenicis Conſenſ.* ac *Diſſenſ.*

Diſſenſ. c. 11. demonſtravit; ſed potiſſimùm & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & inſipidum, aliaq; ſexcenta, quæ præ copia & viribus varias habent qualitates: Horum ſi quid ſecretum fuerit, & per ſe exſtiterit, hominem moleſtiâ afficit, Hippocratis *Libr. de Priſc. Medicin.* teſtimonio, omniumque naturalium corporum, quæ ex his miſtis ſimiliter conſtant, clariſſimo exemplo; adeo ut, quemadmodum homo, omniaque naturalia corpora ex his miſtis, contrariisq; qualitatibus conſtituuntur, & ubi hæ benè invicem contemperatæ ſunt, non ſolùm nõ lædunt, nullâque moleſtiâ corpus, cui inſunt, afficiunt, ſed potiùs conſervant idem, amiciſſimoque conſpirationis moderamine integrum, ſalvumque præſtant; ita mixtione, & mutuâ earundem inter ſe contemperatione ſolutâ, corpus, quod inhabitant, non ſolùm lædant moleſtiaque afficiant, ſed & deſtruant, ac inteſtinâ internecione evertant; quod Philoſophis non minus, quàm Medicis plus quàm notum eſt.

(2) Mi-

(2) Mirum, Authorem naturalia transcendere, & non potiùs naturales, vel, si mavis, præternaturales morborum, mortisque causas, quàm primorum nostrorum Parentum in Paradiso commissum inobedientiæ peccatum, quod moriendi necessitatem durissimâ lege in universum hominum genus devolvit, attendere; cùm hoc Theologicæ potiùs, illæ verò Medicæ magis sint considerationis.

(3) Innumerabilibus revera obnoxius homo est morbis. Nec enim satis, cum Democrito ad Hippocratem, sexcẽtas numerasse ærumnas, solo ex utero, ceu Pandoræ pyxide, prodeuntes, præter illa singulis virìs ad mille morborum timenda mala: nec cum Johanne Philippo Ingrassiâ *Tract.* 1. *cap.* 1. *de Tumoribus*, numero ducentas viginti sex tumorum saltem statuisse: species. Nondum, inquam, satis. Totus quippe homo, juxta Hipp. effatum, ab ipso ortu morbus est, & nulla pars labis expers. Videturque, ipsam naturam novos subinde morbos, æquè ac monstra,

ſtra parere. Nec dubium eſt, quin innumerum hunc morborum numerum gulæ intemperantia, enormioresque in ſex Non-naturalibus ſic dictis Rebus excesſus, novos progignendo, & veteres innovando plurimùm hodiè augeant. Taceo aliarum cauſarum, morbos procreantium, hominumque, eos patientium infinitam diverſitatem, quam infinita vicisſim morborum, ſymptomatumq; multitudo ac diverſitas non poteſt non ſequi.

(4) Si, quò morbus magis hominem lædit, & excruciat, eò & celebrior, laudeque dignior eſt, non vulgaris certè laus inter morbos Spinæ Ventoſitatem utique manebit, cùm quia rarò ſine malignitate incedit, & jam facta, id eſt, perfecta, vel admodum difficulter, vel planè non eſt curabilis, diutisſimeque durat, tum quòd, ſi vel maximè curatur, vix ac ne vix quidé ſine articuli affecti exciſione perſanatur, ut *cap.* IX. de *Signis Prognoſticis* pluribus dicetur.

(5) Ad eundem penè illius Jobi ſenſum, *cap. 4. verſ. 18.* Deus vulnerat & mede-

medetur : percutit,& manus ejus sana-
bunt ; non quidem hodiè omni fine
medio,sed Medico quasi executore per
naturalia,ceu Dei manus,remedia,quæ
non gratis,sed,ut omnia, eum utique in
finem condita sunt, in hominis ut ce-
derét usum, hoc est, præsentem ejus sa-
nitatem ut tueantur,amissam verò red-
integrent , morbosque eum infestan-
tes propulsent, certissimâ probatione,
quòd, quemadmodum Ter - Optimus
Deus medicamenta, *Genes. 1.* ita multò
magis Medicum creaverit, *Syracid. 38.*
hincque propter necessitatem hono-
randum eum præceperit. Patetque
hinc , noluisse summum Numen ita
morbis hominem punire,ut non posset
iis iterum mederi. Quin videtur, ipsam
in conservatione sui non minus stu-
diosissimam,quàm prudentissimam na-
turam præsidiorum usum monstrasse.
Quis enim ante Medicinæ inventionẽ
generosum Equum, Hippopotamum,
Capram, Venæ sectionis ; quis Ibidem
Clysterum ; quis Columbam, & Tur-
turem purgantis parietariæ; quis Ca-
nem

nem vomitoriorum graminum; quis Muſtelam alexipharmacæ rutæ ; quis Hirundinem ophthalmici chelidonii,& Serpentem fœniculi ; quis Cervum ſpicula extrahentis dictamni ; quis denique alia animantia plura aliorum præſidiorum uſum docuit,niſi ipſa natura? Natura ergo bruta,bruta verò homines remediorũ uſum docuere, ut nihil homini deſit , quo tot morborum myriades,Deo auxiliante,averruncare queat.

(6) Ad imitationem Avicennæ *Fen. 1.Doctr.1.* Patavinorumque,& fortaſſis plerorumque in Italia Medicinæ Profeſſorum more,non ſtrictâ,ſed eâ ſcientiæ vocabuli acceptione,quâ Ariſt. *3. de Cœlis text. 6.* ſumpſit, ubi effectivè ſcientiæ finem non ſcire, ſed opus,eſſe dicitur. Aliàs enim cum Hippocrate, & Galeno, quos pleriqúe Noſtratium ſequuntur, per artem convenientiùs definiri videtur Medicina, cùm quia rectiùs ei competit Ariſtotelica Artis definitio *6. Ethic. 4.* quâ habitus eſt cum recta ratione effectivus , tùm etiam quia Medicina non acquieſcit in nudâ cogni-

cognitione, sed ulteriùs progreditur ad effectionem, nec certis, iisque propriis nititur demonstrationibus, quæ universalium sunt, non autẽ singularium, aut individuorum, quæ Medicina tractat. Vid. Fernel. *Præfat. in Univers. Med.*

(7) Medicinam è cœlo donasse, ejusque Authorem esse Deum, Artis dignitatem multùm illustrat; prolixisque verbis probari posset, si hujus esset loci, sacris simul ac profanis id testantibus Scriptoribus. Illos inter Moysen *Exod. 15. vers. 26.* ubi, Ego, inquit, Jehova Medicus tuus, itemq; Syracidem *c. 38. vers. 2.* qui Medicinam á Domino venire, conceptis verbis asserit, allegasse hîc sufficiat. Inter hos vero inprimis nominandus Hippocrat. quando Libr. *de Prisca Medicina* Primi, ait, inventores judicarunt Artem dignam, quæ Deo adscriberetur, quemadmodum etiam est receptum: cui si adjunxerimus Tiraquellum *Tom. 1. de Nobilitate cap. 31. §. 79.* ubi Medicinam Dei munus esse ipsissimis verbis pronunciat.

at, neſcio quid in rem noſtram dici poſſit meliùs; adeo, ut quam olim Ethnica gens Apollini ſuo Medicinæ inventæ adſcripſit laudem, nos Chriſti nomen ferentes potiori jure Trin-uni Deo noſtro attribuamus, ſic illum, ex Ovidii *Libr. 1. Metamorph. Fab. 13. verſ. 70.* loquentem inducentes:

Inventum Medicina meum eſt, opiferq; per orbem
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia Nobis.

(8) Id eſt, quos curare impoſſibile *eſt.* Quo procul dubio ad incurabiles morbos collimat Author; quorum alii vel ſunt per ſe tales, vel per accidens. Morbi incurabiles per ſe ſunt, quorum natura, & ſpecies ſimpliciter talis eſt, ut nullâ arte, vel ope humanâ ſanari queant, in quocunque ſint ægro, & ſubjecto corpore, & quorum curatorum nullum unquam, nec fando, nec auditu compertum eſt exemplum: ad quem cenſum pertinent plurimi hæreditarii & congeniti morbi, ut cœcitas, ſermonis privatio in iis, qui muti naſcun-

scuntur,&surditas congenita ac nativa, itemque cordis vulnera &c. Incurabiles autem per accidens sunt,qui sanabiles quidem arte existunt,quique sæpius etiam in plurimis ægris , certorum remediorum ope curantur, sed quorum tamen curatio accidentariarum quarundam causarum interventu in hoc vel illo individuo impeditur, vel impossibilis interdum efficitur; fiuntque demum tales vel ratione (1) Dei , qui vel morbo insanabili , vel morte puniit ægrum, nec vult, eum convalescere ; plectitque ablatione vitæ , velut impium., vel liberat ipsum á peccatis, & malis impendentibus,ut pium,(2) ratione incantationis & maleficii, quorum inde ortorum morborum causa cùm sit Diabolus,non mirum,quòd Artem Medicam , naturaliaque remedia eludant, ac naturæ limites transcendant , sive veri illi sint, sive apparentes morbi,(3) ratione fati Physici, prout nemini mortalium præfixum vitæ terminum transilire licet, multique morbi aliàs quidem non incurabiles,in senili autẽ corpore

pore curationé non admittunt. (4) ratione Medici, vel quando is rectè etiam & præclarè Artè tenens, eruditusque, naturali tamen quâdam imbecillitate nonnunquam à fine ſperato aberrat, præcipuè ſi in curandis morbis infelicior fuerit, aut ſolo ingenio ſuo confiſus debitam diligentiam non adhibuerit; vel quando inſcitiâ, imperitiâ, malitiâ, aut temeritate ad mortem ægroto parat transitum. (5) ratione Pharmacopœorũ, de quibus nullum dubium, quin præpoſtero & malo ſtudio ſuo ita morbos exacerbare valeant, ut inſanabiles illi evadant, veluti ſi medicamenta non debito tempore collecta, non rectè ac integrè aſſervata, nimis inveterata, exoleta, inutilia, & ſiniſtrè præparata, vel etiam alia addita & exhibita fuerint, quàm Medicus præſcripſerit (6) Morbi ratione, quâ fit, ut ſuâ naturâ maximè curabiles morbi haúd rarò tamen in incurabiles degenerent, vel propter ejus magnitudinem & mores, vel propter novitatem, nondumque cognitam eſſentiam ejus, vel propter alia quædam acci-

accidentia, ad morbi ipsius naturam pertinentia, eamque maximè in deteriorius immutantia. (7) Ipsius Ægrotantiis ratione, qui ob inobedientiam, præscripta asumendi medicamenta fastidium, contumaciam, intemperantiam, moræ impatientiam, erga Medicos diffidentiam, consiliorũ varietatem, mollitiem suam, pluraque alia peccata morbum non solùm protrahit, sed & deteriorem, tandemque incurabilem reddit. (8) Adstantium, sive ægro ministrantium culpâ multos sæpe ægros perire, qui servari aliàs potuissent, certo certius est, dum illi necessaria ad morbi curationem negligunt, præcepta à Medico non exequuntur, nec præscripta eo tempore, eô ordine, ea quantitate, eâque præparatione, quâ conveniebat, exhibent, vel alia suo consilio, proprioque ausu clam offerunt, ne dum datâ operâ interitum decumbentis accelerant. (9) Casus fortuiti ac improvisi infortunii ratione, qui ægrotus subitâ sæpe morte nullâ manifestâ vel prævisâ causâ extinguitur. Qui

bus

bus addere liceat (10) atque ultimò necesſariorum ad ſalutem ægro reſtituendam defectum & inopiam; de quibus omnibus incurabilium Morborum cauſis conſule ſis Brunonem Seidelium *Libello* hujus tituli proprio, lectu ſanè dignisſimo juxta ac doctisſimo.

(9) Per inſtrumenta Medicinæ intellige omnis generis præſidia è Pharmaceutico, Chirurgico, & Diætetico fonte hauſta, utpote quorum ope ſanitas reſtituitur, morbique ſanabiles profligantur.

(10) Juxta notisſimum illud Catonianum: Moriendum eſſe, certum eſt, ſed id incertum, an eo ipſo die. Poſſetque huc trahi celebris illa diſputatio de termino vitæ humanæ, an nimirum à Deo homini præfixus humanâ ope extendi, & vicisſim abbreviari queat? ubi nonnulli non verentur eâdem conſtantiâ illud negare, potisſimùm quia *Job. 14. verſ. 5.* Deus hominibus terminos conſtituit, qui præteriri non poſſunt; quâ facilitate hoc affirmare, & vel intemperante diætæ ratione, vel

neglectu, aut imperitiâ curationis mor-
borum, vel violentæ manûs injectione,
vel variis aliis, fortuitisque casibus fieri
posse, longo sermone probare liceret, si
liberet. Vid. interea Casp. à Reies *Elyss.*
Quæstion. Illustr. Camp. Quæst. 18. &
Joh. Langius *Epistol. Medicin. Libr. II*
Epist. 79.

(11) Fieri hoc inde videtur, primò
quia ægroto dum anima est, spes esse
dicitur, atque adeò Augustini testimo-
nio mortis diem omnes homines, etsi
am ii, differre conantur, qui post mor-
tem se credunt esse beatius victuros; &
miserrima quoque vita morti præponi
tur. Deinde quia quandoque, ut Celsus
loquitur, monstra in Medicina fiunt, &
prognostica haud rarò fallunt, sæpeque
morbis eluctantur, qui soli prognostico
relicti, & pro desperatis à Medicis hab-
ti sunt; unde horum exemplo suffull
alii deploratis licet morbis afflictis
succumbentes, Medici tamen curæ
dedunt, sanitatisque redintegratio
nem sperant, eoque magis, quò minus
convenit, Medicum ipsi ægrotanti fru
nestu

neſtum morbi eventum in os prædice-
re.

(12) Iniquiſimâ innocentiſimis ſæpè Medicis maledicendi conſuetudi-
ne, quę adeo hodie imprimis increbuit,
at nil audias frequentius, quàm in Me-
dicum transferri culpam, ejusque aut
mperitiam, aut negligentiam accuſari,
i qua ægrotum mortis presſerit neces-
itas, etiamſi nil quicquam ab ipſo inter-
nisſum, quod ad ejus recuperandam
anitatẽ facere potuiſſet, & nec vel ipſa
alus ſalvare eum potuiſſet; quaſi verò
pſe æger, & adſtantes, de quibus paulo
ntè, omni ſemper culpâ vacarent, &
Medicus à mortis faucibus eripere pos-
et, neceſſarioque deberet; quam in
em neſcio quid verius, quidq; ad hæc
oſtra tempora accommodatius dici
osſit, quàm quod jam multis retrò ſe-
ulis ab ipſo noſtro Medicorũ Principe
Hippocrate *Lib. de Arte* dictũ legimus,
ujus propterea ipſa verba huc trans-
cribere non puduit: Se eos mirari in-
uit, qui, quòd multi moriantur, ideo
rtem eſſe negent Medicinam, & quâ-

nam memorabili cauſa commoti, im
temperantiam mortis cauſam non ſta
tuant, ſcientiam verò Medicorum ac
cuſent: tanquam ſanè Medici quidem
ea, quæ non conveniant, imperare poſſ
ſint, ægri verò, quæ imperata rectè ſunt
transgredi non poſſint. Et addit ibi
dem: Longè magis rationi conſentaa
neum eſſe, ut ægri interitûs ſui ſint cau
ſa, quàm Medici. Hi enim ſanâ mente
ſanoque corpore curam aggrediuntur
præſentia conſiderant, & de præteritis
juxta præſentia ratiocinantur, adeo ut
ægri quidem palàm gloriari ſoleant, ſe
illorum operâ ſanitati reſtitutos eſſe.
At ægri neque qua parte laborent, ne
que ob quam cauſam laborent, nequa
quid ex præſentibus futurum ſit, nequa
quid ex horum ſimilibus fiet, ſciunt;
dolent ob præſentia, timent futura, &
pleni quidem morbo, inanes autem co
borum, ea quæ morbo grata ſunt, aſſiu
mere malunt, quàm quæ ad ſanitatem
faciunt. Utrum igitur veri ſimilius eſt
hosne ita affectos alia facere, quæ Me
dici non juſſerunt, aut Medicos præ
ſtante

ſtantes non convenientia imperare? Nonne multò magis hos quidem, quæ conveniant, jubere; illos autem temerè, & impudenter nolle obedire? atque ſic inobedientes in mortem incidere? quæ ſane qui non rectè conſiderant, cauſas (mortis) ad hos (Medicos,) qui inculpabiles ſunt, referunt; eos verò, qui maximè accuſandi ſunt, à culpa liberant & defendunt. Ita Hippocrates.

(13) Dantur enim morbi etiamſi non prorſus incurabiles, tantæ tamen contumaciæ, tantæque malitiæ, ac tot dirisſimis ſtipati ſymptomatibus, in debile præcipuè, iisque ferendis impar corpus ſi inciderint, ut nullis omninò, quantumvis canonicis, ſæpeque aliàs expertis remediis cedant, omnemque Artem, ac circumſpectam diligentiam reſpuant, hocque ſuô exemplo confirment, verisſimum, proh! illud eſſe Ovidii *libr. 1. de Pont. Eleg. 3.*

Non eſt in Medico ſemper, relevetur ut æger:
Interdum doctâ plus valet arte malum.

ut imprudentis sit, si in hujuscemodi morbis curandis fine suo frustratur Medicus, hunc potius, aut Artem Medicam, quàm vim morbi accusare; cùm, ut ipsius Hippocratis verba de *Arte* mea faciam, fieri non possit, ut omnes, qui aegrotant, sanitatem consequantur.

(14) Quænam *Spinæ Ventositas* incurabilis, quæque incurabilis, & quæ ejus species magis, minusve talis, ex sequentibus patebit, sed & præcipuè *cap. IX.* Nunc tribus saltem verbis antecessum innuisse hîc sufficiat, morbum curatu difficilem, longum, chronicum, & mali moris esse affectum.

(15) Per exempla intellige casus singulares observationes, quæ de praesenti morbo Authori contigere, & quidem

(16) Non ignobili in Italia Urbe, & percelebri Universitate, Fermum dicta, ubi tum in plerosque pueros immanis hic desæviit affectus, non adeo facilaci indicio, eum, cùm typis primùm Anno Christi circiter supra millesimum

mum ſexcenteſimo & decimo quarto Liber hic evulgaretur, ibi locorum endemii nomen tuliſſe, Civitatiſque Firmanæ, ejusdemque regionis incolis ob communem & domeſticam cauſam admodum familiarem fuiſſe, non ſecus ac Scorbutus Borealiũ, & maritimarum regionum accolis, & Rachitis Anglis eſſe conſuevit.

(17) Idem eſt, quod Hippocrates *Libr. de Arte* his verbis expreſſit: Medicus, inquit, ſiquidem ſuffecerit ad cognoſcendum, ſufficit quoque ad ſanandum; ſi verò is, in quo morbus cognoſcitur, ſuperetur, ob id ſanè, quod ſerius Medicum acceſſit, aut ob morbi celeritatem, addo & ejusdem vim ac vehementiam, peribit. Quæ quidem verba non eò intelligenda, ac ſi cujus cunque præternaturalis affectus cauſæ in aprico ſunt, & à Medico cognoſcuntur, iidem etiam tolli poſſint: exempli loco ſit phthiſis, cujus quidem genuinæ cauſæ neminem prudentem latent Medicum; nihilominus ejus curatio ſi non prorſus impoſſibilis, admodum tamen

difficilis est; quanquam rursus hoc certum sit, quòd, cujuscunque morbi causæ, atque præsidia innotescunt, non posit quoque ignorari, quomodo ejusdem morbi curatio instituenda sit; nec tamen exinde sequitur, eundem etiam morbum persanari posse; quod supra dato exemplo illustro. Nonne phthiseos causa, quæ ulcus pulmonum est, omnibus patet? nonne remedia eidem accommodata nota sunt? nec tamen curatio sequitur; cur? in promptu ratio est; morbi vis præsidia superat, curationemque renuit. Non tamen negabo, morbi curationem methodicam cum succedanea sanitatis recuperatione absque prævia ejusdem dignotione rectè institui non posse; curationisque dimidium habere, cui morbi causa perspecta est, quippe quâ sublatâ effectus quoque tollitur. At quî auferre possit is, qui quandoque eam non novit? Auferunt quidem fortasis & Empirici, quam non cognoverunt, morbi causam; sed hæc curatio fortuita tantùm

est

est, incerta atque fallax, quam imitari periculo plena res est. Itaque etiamsi qualis *Ventositas Spinæ* affectus sit, unde generetur, & quæ ad ejus curationem conveniant præsidia, non ignoretur, curatio tamen non semper succedit ob rationes suprà, & præcipuè ad *num. 8.* traditas.

(18) Quia crebrius, quàm fortassis ulli alii Medico, quem sub manibus habemus, dirisimum affectum intra solius anni spatium observare, & procul dubio etiam curare contigit *Pandolphino* nostro, facilè inde conjicere licet, eundem quoque ejus naturam, rectamque curandi rationem omnium optimè perscrutari, nobisque tradere potuisse.

(19) Ita, nullus dubito, sæpè fit, ut ille morbus, qui non ita pridem nostram terræ plagam ingressus, & rarior adhuc apud nos est, minus quoque dignoscatur, vel saltè non pro eo, qui revera est, habeatur; quemadmodum verbi causa Scorbutus, aliquot retro lustris, quando nondum nostris in oris adeo increbuit,

buit, atque adeò minus notus fuit, m
nus quoque tum cognitus, vel saltem
nō animadversus est, qui tamen hodii
modò quia interea magis innotuit, frr
quentius, ut mihi quidem videtu
quàm par est, accusari solet, quique sa
pè prætexitur, quando, quid aliu
arguatur, nescitur. Sic confitetur *Pan*
dolphinus, se Romæ, Neapoli, ac in Pam
nonia *Ventositatem Spinæ* vix novisse
non quidem ac si ibi locorum nemo e
fuisset correptus, sed potius quòd ip
eam tum non observaverit, hâc ipsa e
ratione, quia nondum cognovit, ne
fortasis quicquam de ea scivit, atqu
adeò observare non potuit; quam tr
men postea, cùm magis magisque eju
natura ipsi innotesceret, creberrim
notavit. Nec dubito, quin sæpius apu
nos quoque sub alio quodam tumor
aut ossis carie ignota lateat, nec obse
vetur, aut pro *Ventositate Spinæ* depu
tetur, quia apud nos infrequentior, mi
nusque nota est.

(20) Primus siquidem *Pandolph*
nu

nus est, qui Affectus dignotionem simul ac curationem, solo Avicennâ prædecessore, paucis lineis doctrinâ hanc complexo, hoc ipso Libro iteratis typis dignissimo, enucleatiùs tradidit, hacque opera non levem gratiam ab omnibus Æsculapii filiis iniit, famæque celebritatem sibi comparavit.

JOSEPH PANDOLPHINI,

à Monte Martiano,
Medici, ac Philosophi.

CAPUT I.

De Nomine.

CUjus *Ventositatis Spinæ* tractatum aggrediens, Aristt. 1. *posteriorum* præceptum sequar, nimirum antequàm ad ejus definitionem accedam, (prout definiri potest) quid mihi de nomine videatur, meam in medium afferam sententiam, salvo semper saniori, & meliori judicio:

cio; nec à Galen. dissentiam *4. de Differentiis pulsuum 9.* dicente: *Omnis disciplinæ initium à notionali finitione in essentialem descensum esse*: Et *cap. 2.* ejusdem libri, ab eo redarguuntur illi, qui solam essentialem proponunt notionali ipsâ neglectâ.

(1) Cùm igitur *Ventositatis Spinæ nomen* apud Auctores cùm antiquos, tùm Recentiores non admodum fuerit in usu, factum est, ut, quid ipsum significet, adhuc ignotum persistat. *Vocabulorum* enim, *nominumq; significationes à longo usu deprehenduntur*; Gal. *2. de locis affectis 2.* Inter antiquos (2) *Rhases*, ac (3) *Avicennas* de hoc morbo tantummodo loquuntur, sed pauca, obscuraque verba proferunt. Inter (4) *Recentiores* (5) *Nicolaum Florentinum*, (6) *Johannem de Vigo*, nec non (7) *Ma-*

nardum reperio, (8) *qui* (ut in eo
rum monumentis videri potest
de prædicta ægritudine (9) *plur*
non dicunt, quàm à supradictis
antiquis dicta sunt. Et commu
ni consensu Doctores isti celeber
rimi (10) *ossis corruptionem* ab hu
more acuto procreatam *Ventosita
tem Spinæ* nuncupant. Cæteri for
tasse Doctores, ut (11) *Græci*, &
Latini, sub nomine (12) *ulceris
cum osse corrupto*, (quod cariosum
ab eis appellatur) prædictam Ven
tositatem Spinæ comprehender
voluerunt. At si rectè observant
à præsentis morbi cognitione re
cedere ostendunt, dum eam alt
ipso ulcere non parum discrepar
manifestabo. Ulcus enim cario
sum non tantùm à causa proveni
interna, ut sunt pravi succi, verùm
etiam ab externa; veluti omnia
quæ partes propè ossa incidere

con-

contundere, perforare, erodere, atque exurere possunt ; quibus de causis ossa ipsa, aut immediatè læduntur, aut ob dolorem ab eis excitatum, & præsertim in articulis, ob tendines in eis desinentes, dum dolore sanguinem, atq; multa excrementa ad articulos ipsos natura transmittit, unde fit, ut isti expulsi succi putrescant, & sensim ad os penetrando illud corrumpant. Præterquàm quod dictum ulcus carioſum non succedat ossis corruptioni, sed è contra corruptio ipsa ulceri succedit. Primò enim ab humore erodente cutis, caroque depopulatur, & temporis intervallo sanies os attingendo illud corrumpit : Ventositatis verò Spinæ (13) *causa perpetuò interna* est. Pravi etenim succi, aut manifestis qualitatibus, aut (14) *occultâ quâdam Antipathiâ* Græcè dicta potius

tiùs dictum os, quàm cæteras corporis partes subeunt. Imò plerunque corruptionis causa non aliunde provenit, quàm (15) *ab ipsomet osse nutrimentum sibi proprium ob aliquam intemperiem contractam corrumpente*, vel excrementum à se minimè propellere valente. (16) *Ossa* enim cùm, ut cætera membra, *nutriantur*, (17) *excrementum* fieri necesse est. Ad hæc antequam cutis caroque exulceratæ, depopulatæque apparent, os jam corruptionem contraxit. Præterea prædictum ulcus carioſum in parte permanet, quam primò invasit, quo tandem optimè curato neque pars illa, neque aliæ ab eo molestantur amplius. Spinæ autem Ventositas non sic se habet. Nam si una particula ab ea curabitur, alias sæpe numero petit partes, & aliquãdo ad jam curatam redit.

Dicit-

Dicitur (18) *Ventositas*, (cùm nomen istud duplex sit, duplicem etiam significatum habere meretur) quia, ut in sequenti dicetur, à Ventositate ortum ducere potest; ut quia sicuti flatus, & ventus in liqua nostri corporis cavitate genitus loco stare nescit, sed hûc illucque vagans, parti, quam attingit, doloris sensum infert: ita & hic affectus modo huc, modo illuc patientem excruciat.

Vocatur autem (18) *Spina*, quòd in præsenti morbo ultra dolores tensivos, & frangitivos, pungitivus etiam persentitur, veluti si Spinâ pars affecta compuncta esset, & hoc non ob ossis corruptionem, atque erosionem, (*ossa* enim (19) *sensu carere* docet Arist. *1. de Anima*, & Galen. *1. de Elementis* 2. quod & rationi consentaneum est. Nam si ossa sentirent, ob continuam

am fricationem, motum, com
pressionem, & laborem, continu
um paterentur dolorem) Verùm
ob alicujus membranæ, & præse
tim tendines cooperientis, peric
steique ossa circumtegentis com
punctionem, mordicationemqu
oriri nulli dubium esse puto. (2c
Membranæ etenim *proprium pun*
ctorium esse *dolorem*, Auctor e
Galen. 2. *de locis affectis* 5. & 7. H
quanquàm periosteum dolori
frangitivi subjectum sit præcipu
um; (quem dolorem quàmplurri
mos (21) *ostocopum*, id est, ossis la
borem, nominare edidit Galen.
de locis affectis 7. ut supra, & 3.
temque *de tuenda valetudine* 5.
tamen si cum quantitate hujusce
modi dolorem excitante, qualita
& admodum activa, ut propriè et
acutus, fuerit conjuncta, tunc utii
que punctionem, mordicatio

nem

nemq; in ipso periosteo persenti-
i, veluti in partibus hujuscemodi
præsertim dolores pati assuetis
eccessum est. At doloris denomi-
atio à prædominante facienda:
x propterea si materia extensio-
nem, solutionemque ejusdem pe-
iosteï faciens, magis in quãtitate,
quàm in qualitate peccaverit, eo
empore dolor frangitivus nun-
upabitur. Et hoc ratione subje-
ti. At si è contra qualitas, veluti
cuties supradicta eandem quanti-
atem superaverit, dolor aut mor-
icativus, aut punctorius erit nun-
upandus: quæ doctrina ex eodem
Galen. *lib.* superius citato 5. exhau-
itur: ubi loquens de (22) *colico*
olore à phlegmate vitreo orto, ma-
ifestat nobis ratione subjecti (ni-
mirum intestini colon) perforati-
um fuisse. Cùm enim humor es-
et frigidus, non habebat vim ta-
lem

lem perforativam. Potest autem ejusmodi dolor etiam à (23) *Ven tositate* causari, quæ tendendo tantùm,& non per qualitatem im simul causat dolorem, quia Galen sic inquit: *Hujusmodi sanè dolores perinde ac si terebro partes perforen tur, molestare solent, narrantibus iis infirmis: alii verò veluti palo infixo fieri videntur, qui & ipsi corpus ass fectum crassum esse significant.* H quod ratione efficientis specificet tur dolor, licèt sit in eodem subje cto, paulò post in eodem capite im quit: *Sed qui mordaces sunt* (dolo res) *à mordaci humore intestinum e rodente fieri solent: & 2. de compos med. secundum loca* sic scribit: *Quod si etiam mordacem qualita tem humorum multitudo comple ctatur, etiam juxta hanc dolorem augebit:* id est, multitudo replen do, & tendendo; mordax ver

qualli

ualitas erodendo, mordicando, c pungendo dictos dolores ex- itat. Et si semper dolores per af- ectæ partis essentiam fierent (ut nquit ipse) utique essent inseparabiles; at sæpè fiunt, ut diximus, per ccidens.

Deinde appellatur Spina hic affectus, quoniam in Spina, quam Græci ἄκανθαν nominant (Galen. 2. *de Articulis Com.* 29.) quàm sæpissimè nascatur. Nam (24) *Spinam ipsam pluribus ossibus* natura edit, quæ (25) *catarrho* immediatè à capite descendente corrumpi e facili possunt, & sic Ventositas pinæ causari; quemadmodum pluries, & (26) *præsertim in pueris* perspexi.

ANNO-

ANNOTATIONES
ad
CAPUT I.

(1) QUid nominis sit *Ventositas Spi-*
næ, per ejus *Etymologiam*, *Ho-*
monymiam, atq; *Synonymiam*
hîc loci curatius explicabimus. Eo verum
magis de binorum horum inusitatiùs
conjunctorum vocabulorum ratione
ac origine hodie inter se Authores diss
crepant, quo plures ab Avicennæ, [illegible]
qui hunc secutus est, *Pandolphini* tem
poribus, usque ad hæc nostra, eorum
dem derivationis rationem interea ve
vero similiorem reddere, vel affectu
ab antecessoribus datam primam no
menclaturam prorsus abjicere, aliam
que convenientiorem substituere co
nati sunt, quo factum, ut in diversas co
piniones variasque, ut fit, itum sit con
jecturas. Unâ itaque, quod dici sole
fideliâ duos parietes dealbaturi *etymo-*
logiam cũ *homonymia* conjungemus
Sciendumq; quod Mali genus Princeps
Ebn Sina *Lib. 4. Fen. 4. Tract. 4. cap.*
testi

ſte Georg. Hieronym. Velſchio *Syl.*
g. *Curation. & Obſervat. Medicin.*
piſagmat. 81. ריח אלשוקה vocavit;
ejus Interpretes primò omnium La-
no idiomate *Ventoſitatem Spinæ* di-
ſſe; rectè ne autem hoc, an minus, A-
bicæ linguæ peritioribus arbitran-
um relinquo: unum hoc hîc adver-
ns, quòd barbaros ſcriptores (incer-
m qua ratione,) ita nuncupaſſe cre-
t Severinus, falſæque nominis trans-
ionis, vel vulgaris appellationis, quæ
ſt receptum jam uſum in commen-
rios ſcribentium perperam irrepſerit,
ſpicionem eſſe ſcribat, de *Recondita*
bſceſſuum Natura Libr. 5. Præfat. &
p. 1. p. m. 288. 289. fatendumque, re-
s cõvenire minus nomina ſæpe ſuis,
uribusque præternaturalibus affe-
bus talià nomina impoſita reperiri,
orum impoſitionis vel nulla prorſus,
l non niſi abſona, & haud rarò ridi-
la dari poſſit ratio, nec tamen, etiamſi
llemus, temerè immutandæ, eò quòd
ngus uſus innovationem prohibeat.
xempli loco ſint, illa à vulgo, & Joh.
Philip-

Philippo Ingrassia, Siculo, de *Tumoribus Tom. I.* Roseolæ saltantes vocat tubercula, quale nomen, utut de ejus ratione non liquidò constet, tamen hodienum usurpare, ac retinere cogimur, solùm quia ab Antiquis tam facri recedere non licet, nec aliud usus ii novare permittit. Ad hæc nascuntur refert Idem Severinus ibidem ex Ca dano, in populosis commerciis omn bus, ferente sic eloquendi occasione,, ne certo authore nomina, quæ quam quam minus apta, aut usquequaqu probata, duraque sint, subinde tam usu molleſcunt. Quid? quòd adeo tato Severino hæc sordeat interpret tio, ut etiam ineptiam vocare non err buerit, quam hoc nomen contineat,, quòd ex disparibus, & omninò diver subſtantivis confletur, nec unum alte coordinetur. Ut hinc nemo fortass vitio nobis verteret, si illo labore, que alii in excogitãda probabiliori denom nationis ratione impenderunt, penit super sederemus, ac saltu superaremu verboque saltem ex Petr. de Argill

C

Chirurg. Libr. 5. Tract. 22. c. 2 admo-
neremus, extraneum esse nomen, &
non importare illud, quod sonat. Quod
si ita esset, operam revera perderemus,
si in corrupto ejusmodi, aut vulgari vo-
cabulo morosiùs, ac subtilius philoso-
pharemur. Ne tamen quid omisisse
videamur, aut oscitantiæ cujusdam in-
simulari possimus, aliorum conjectu-
as paucis perstringere & nobis placuit.
Ventositas ergo Barbaris, & Barbaro-La-
inis à vento & ventoso derivata vel i-
dem sonat, quod inflatio, sive flatus,
vid. Joh. Vigo *Pract. L. 2. cap. 12. 13.*)
el denotat tumorem flatulentum sive
ventosum, id est, à flatibus ortum, qua-
es passim practici, imprimis verò Paul.
e Sorbait *Practic. Medic. Tract. 5. c.*
5. describit, qui adhæc appositè fla-
nosi tumoris sedem plerunq; perioste-
m esse statuit; vel notat apostema
entosum, de quibus consule J. Vigon.
c. 12. Nic. Florentin. *Sermon. 7. de*
hirurg. Tract. 5. Summar. 2. cap. 42.
el est, loco œdematis, quo sensu tu-
orem œdematosum *Ventositatem* al-

bam, seu, ut ipsius verba habent, albefa-
cientem tumorem in aliquo loco ap-
pellat Argillata *loc. cit. L. 1. Tractat. 2.*
cap. 8. vel dicitur ita, quia veluti ven-
tus particulas ossis inflando distenditt,
quemadmodum, si vulnera aëri aut
vento exponuntur, ipsa non solùm, sed
& inde denudata ossa in tumorem att
tolluntur, juxta commune Italorum
proverbium: La ferita cacciata all' arii
piglia di vento; id est, vulnus aërem
concipiens intumescit, quod & ipsa ex
perientia confirmat, cujusque simil
quid in nostro quoque contingere alb
scesu Philipp. Ingrassias credidit, quan
do *Com. de Ossib. c. 1.* sub fin. affectum
nostrum ab halituosa levique materi
procreari, hincque *Ventositatem* dic
non adeo vili ratione deinceps forta
sis trutinandâ ductus sibi persuasi
Nunc ad *Spinam*. Intelligimus aute
per eam non aculeum quendam cuju
cunque sentis aut vepris, nec tale
qualis plerisque piscibus inest, mull
minus illum vertebrarum contextu
à collo ad os usque sacrum protensu

15

ed significat hîc imprimis acutum, ac
ungitivum quendam dolorem, uti in
oc omnes consentiunt, confirmatur-
ue Arabum, & maximè ipsius Avicen-
æ authoritate , qui pluribus in locis
mnem rem tensivam atque dolorifi-
am, vel punctionem, juxta interpre-
um versionem *Spinam* vocavit, sed &
ræcipuè *Lib.* 4. *Fen.* 3, *Tract.* 1. *cap.* 1.
bi referente Marc. Aurel. Severino *loc.*
it. cap. 1. *p. m.* 289. tumorem ex acu-
o sanguine sine pulsatione constan-
em *Spinam* appellavit. Id quod Rha-
es quoque apertè declaravit, quando
Opere Omnia continente dicit, *Ven-*
ositatem hanc *Spinæ* dictam propter-
a, quòd ipsâ os perforetur, quod cer-
è sine ingenti dolore fieri non potest;
uod ipse sæpe nominandus Severinus
aulo post *cap.* nimirum *11. pag.* 302.
is verbis expresit , quando *Spinam*
ici scribit , quod veluti *Spina* in cen-
um membri, quod os est, defigatur;
uibus nec Petrus de Marchettis *Ob-*
rvation. Chirurg. Syllog. suum dene-
at calculum , qui clarioribus quàm

quisquam alius verbis *Spinæ Ventosæ* signum pungitivum, acutum, ac lancinantem dolorem esse asserit, ita ut patiens referat, se veluti *Spinâ* pungi, unde *Spinæ* nomen morbo huic inductum. Atque hunc ob dolorem Johannes Mesue quoque, seu potius ejusdem Supplet or Franc. de Ped. Mont. *Sect. 2. de Medic. morb. partic. part. 2. c. 5.* phlegmonicum apostema, furunculum Latinis dictum, *Spinam* indigitat, ideo nimirum, quòd cum dolore acuto pungitivo, ad modum punctionis *Spinæ* sit conjunctum. Liquet itaque *Spinam* dici affectum nostrum propter acerbi illius, ex proprie dictâ *Spinâ* orti, atque hujus nostri doloris similitudinem, & quidé potiori, ut videtur, comparationis convenientiâ, quàm quæ inter *Ventositatem*, & ejus comparata intercedit quæ una est *Spinæ* nominis ratio: alteram ex ipsius Authoris nostri §. ultimo hujus *cap. 1.* petatur, quam, quantum scio, præter eum nemo aliàs advertit; ut iit juxta nudum utriusque nominis etymon *Ventositas* tumorem quidem non nihil

nihil *Ventoſum*, ſed iterum ſedatum; *Spina* verò crebriter terebrantem ac perpungentem connotare videatur.

Sequantur nunc *Synonyma*. Spinæ noſtræ *Ventoſitatẽ* ita vocatam ab Aviennæ Interpretibus, Petro ab Argillana, Mariano Sancto, Nic. Florentino, Manardo, Joh. Vigone, *Pandolphino* noſtro, & Joh. Langio, primùm vel Nic. Maſſa *Epiſtol. 19.* vel Joh. Philipp. Ingraſſias de *Tumoribus* voces inverendo *Spinam Ventoſam* dixerunt, quos æteri pleriq; ut, Petrus de Marchettis, Guerner. Roiſinckius, Gothof. Mœbius um Götſio, Joh. Scultetus, Joh van Horne, Paul. de Barbette, Paul. Amann cum Olitſchio, Joh. Nic. Binninger quos novi ſequuntur; quorum tamen nullus vocum harum inverſionis ut mutationis rationem ne verbo quidem attingit, niſi forte ut barbariſmum magis evitarent. Quare & nos, cur hi illorum prima appellatione receſſerint, vel utra pars convenientiori, ipſi-ne rei, juxta ac Arabicæ linguæ magis ſpõdenti titulo affectum donaverit,

judicare,aut prolixiùs disquirere nolu
mus, ſuam potiùs ſententiam cuilibe
defendendam relinquentes.Marc. Au
rel. Severinus verò Vir de Republic
Medica ſummè meritus,cùm ipſi fo
taſis *Ventoſitatis Spina* etymon no
ſatis arriſisſet, jamque longè antè A
gillatam perbellè admonuiſe,vocul
has non arguere id, quod ſonant, am
madvertiſſet,non duxit ſibi amplius r
ligioni , penitus abrogatâ veteri n
menclaturâ,novam prorſus excogita
vocavitque doctiſsimo ſuo de *Reconc*
ta Abſceſſuum Natura Tractatu
Pedarthrocacen , Græco verboru
complexu, ἀπὸ τῦ παιδὸς, ἄρθρε, & κάκ
originem ſortitam, & quaſi puerorum
ad articulos malum ſignificantem ; v
ſi mavis, ut ipſe inſcribit,*Oſſis circa a*
ticulum inflammationem , & *Abſc*
ſum puerorum proprium denotante
Quam Græcam vocis acception
non usque quaque improbaſe Lite
tos inde conſtat , quòd etiam imit
eam ſunt, eâdemque civitate, quo
impræſentiarum agimus, donaver

Malu

Malum, quos inter præcipuè D. Sebastian. Schefferum, Doctisſimum apud Francofurtenſes Medicum nominare juvat, cui *Inauguralem* ſuam Præſide D. Joh. Caſp. Fauſio, Heidelbergæ, An. 1657. habitam *Diſputationem*, nõ alio quàm Pædarthrocaces titulo inſignire placuit; evidenti argumento, & hos hanc recentiorem nominis impoſitionem, ceu aptiorem, morbiqúe eſſentiæ magis conformem illi antiquorum barbaro-latinæ præpoſuiſſe; quando alii interea antiquitatis fortaſſis ſtudioſiori cultu Veterum verſionẽ retinere maluerunt, rati, nihil aut parũ intereſſe, quo quid nomine vocetur, modo de re conveniatur; & verò neque hi, neque illi propterea à damnandi. Quo ipſo illius quidem quæſtionis, an Pędarthrocace idem cum *Ventoſitate Spinæ* ſit affectus, quam Severinus *cit. loc. cap. 15.* agitat, probè recordans, nolo tamen eam hîc loci facere meam, in alium commodiorem locum reſervaturus. Silentio quoque hic prætereo & illam litem, qua disputari poſſet, an *Cancer*

ossis qualem Nic. Tulpius ex Celso *Observat. Med. Libr. 4. Observat. 12.* describit, itemque *teredo* sive *caries*, *sydderatio* vel *Sphacelus ossis*, *gummata* quoque, atq; *nodi in Gallicis*, nec non illi *tumores ossium putrescentiũ inpueris à morbo Gallico orti*, quorum Guil. Rondeletius de *Dignotione Morborum cap. 10.* meminit, *Spinæ* nostræ *Ventositatis* synonyma hæc sint, eundemq; cum illa affectum, denotent? eò quòd ut hæc controversia minus huc pertinere videtur, ita alibi, imprimis autem tum commodior eam ventilandi occasio dabitur, quando *cap. VII.* de Signis agendum erit, ubi nimirum *Spinæ* nostræ *Ventositatis* Signa distinctiva perpendendo, an & quomodo hic quoque affectus invicem discrepent, vel conveniant, insimul dispicere licebit. Hoc interim indubitatum est, illud Malum quod omnis politioris Literaturæ, Linguarumque imprimis Orientalium peritissimus D. Georg. Hieronym. Velschius, Fautor noster Colendissimus *Syllog. Observat. & Curat. Medicin. Hi-*

pisa-

piſagmat. 81. Ventum ſeu *Flatum Spi-reum* appellat; nec non iſtud, quod te-ſte Paulo Barbette *Opere Chirurg. A-natomico Part. 3. cap. 3. p. 19.* Belgis *Een Beenvreeter* dicitur; ut & illud, quod Petr. de Marchettis *Syllog. Obſer-vat. Medic. Chirurg.* Interpres jux-ta ſimplicem vocabulorum ſonum. vernaculâ linguâ den Wind Dorn; item hoc, quod Amadeus Megerlin verſione Germanicâ Joh. Sculteti Ar-mamentarii Chirurgici *Part. 2. Obſer-vat. 90.* den Frantzoſen-Zuſtand vocat, unum eundemq; indigitare affectum. Quo ipſo adhuc aliud huic poſtremo non abſimile, commodùm incidit ſyno-nymum, quando notiſſimi nominis do-ctiſſimus quidam vir Patavii Italorum ſciſcitanti mihi aliquando ex ipſo, quid nam *Spina Ventoſitas* propriè ſibi ve-lit, affirmare non dubitavit, nihil eam eſſe aliud, quàm ipſam *puerorum luem Gallicam*; quod tamen unà cum aliis hujus commatis ſub incudis demũ ex-amen ſuo loco revocabimus. Atque

de his, ad Onomatologiam quæ spe-
ctant, satis.

(2) Et quidem Rhases (mirum
Authorem non addidisse locum) *Con-
tin. Part. 5. Libr. 15. cap. 2. & 5.* ubi
scribit, quòd *Ventositas Spinæ* fiat ex
humoribus calidis corrodentibus, &
perforantibus os, & derivetur hoc nom-
men á perforatione; quibus ibidem in
summis causarum subjungit: absterso-
nem fieri in osse ex superfluitatibus
prohibentibus cum absterstone ipsa-
rum, ne super illud oriatur caro, sed
debere fricari, ut bona fiat conditio
ad generandam carnem super illud
additque, possibile esse, ut caro non ge-
neretur super ossa corrupta, non ex
parte eorum viscositatis, sed eò quòd
patiuntur complicationem malam, &
erit ad modum ovi in generatione sani
ei, quoniam videmus os perforatum in
crassitudine aspera, & super illud non
generatur caro radicitus. Hæc ille
prout sonant juxta interpretis sui ver-
sionem; *Pandolphino* nostro, ut Seve-
rinus *d. l. cap. 14. p. 306.* suspicatur, non
com-

comperta, quod & nobis vel inde probari posse videtur, quia, si dictus Rhasis locus perspectus ipsi fuisset, similiter ut Avicennæ ad finem Tractat. appendisset.

(3) Avicennas vero *Libr. 4. Fen. 4. Tractat. 4. cap. 9.* cujus ipsa verba videsis *cap. 17.* quæ ideo verbotenus recitavit Author noster, ut iis ostenderet, quàm sterile hoc sit thema, quantique laboris fuerit, nullo, Avicennam si exceperis, manuductore, rite id pertractare.

(4) Recentiores fuerint tres hi Authores *Pandolphini* tempore, aliàs hodie inter Veteres potius numerandi; quibus & illi associari debent, quos allegatos à nobis deinceps reperies.

(5) Sermone VII. *de Chirurgia & Decoratione Tractat. 4. cap. 40. pagm. 108.*

(6) Aliàs Johannem à Vigo dictum, Genuensem, olim Julii II. Pontif. Max. Chirurgum Clarissimum, *Pract. lib. 9. de Additionibus cap. 34. p. mihi 781. in 8.*

(7) Intellige Johann. Manardum, Medicum Ferrarienſem *Epiſtolar. Medicin. lib. 7. Epiſtol. 2. pag. mihi 113. in fol.* ubi pauciſſima ſaltem verba de præſenti hoc noſtro affectu habentur ;; quæ infra adducemus.

(8) Miror Authorem noſtrum hiss non annumeraſſe Petrum de Argillata quoque, cujus in Chirurgia *lib. 5. Tract. 22. cap. 2.* Venetiis Anno 1480. in foll. impreſsâ clariora, & affectus noſtri naturâ luculentiùs exprimentia verba, quàm ferè apud ullum alium antiquiorem Scriptorem leguntur, deincepsnon parum nobis inſervitura : taceo Marianum Sanctum Barolitanum *Compendio in Chirurgia cap. 19.* quocd agit de Emendatione oſſis corruptii Nicol. Maſſam, *Epiſt. Med. 19.* & John. Philipp. Ingraſſiam *in Oper. de Tumoribus p. n.* quorum verba, de *Spina Ventoſa* quæ loquuntur, inferius ſuco loco recitabimus.

(9) Imò allegatorum horum trium Authorum citata ſcripta qui evolveritt, apud Nicol. Florentinum, & Johann. Vigo

Vigo *Spinæ* noſtræ *Ventoſitatis* methodicam curationem exhibitam reperiet, quam tamen nec Rhaſes, nec Avicennas tradidit.

(10) Malum noſtrum in oſſis potiùs corruptione, quàm in exulceratione carnis conſiſtere, hæ ferè evincunt rationes (1) quia oſſa, & quidem interiùs primò, ac primariò corrumpuntur, oſſisque corruptio ſemper præcedit corruptionem carnis, atque hinc ſi & oſſis & carnis vitium ſimul apparet, illud ſemper hôc prius extitit, (2) quia oſſis, quàm carnis longè major ibi eſt moles, ubi Vitium conſpicitur, atque adeò os quàm caro corruptioni huic magis eſt obnoxium, (3) quia loco etiam alias ex carni, tamen tumor non adeo exilis attollitur, ut ita os intumuiſſe & primariò læſum eſſe, in aprico ſit, (4) quia curatio ad os præcipuè dirigi debet, & niſi perſanato oſſe curatio nulla eſt; quibus accedit teſtimonium Avicennæ, Nicol. Florentini, Johann. Vigonis, aliorumque, qui omnes locis jam ante allegatis non obſcuris verbis

confitentur Malum hoc etiamsi carni non penitus parcat, ossa tamen potissimùm afficere ; quod & Joh. Langius decumatæ eruditionis Vir *Epistol. Medicin. libr. 1. Epistol. 42. p. m. 206.* eleganter comprobat, dum illum morbum, quem Avicennas *Ventositatem Spinæ* appellat, ulcerosam ossium affectionem, à purulentis, & acribus ichoribus *in ossium* poris coacervatis, eaq; acredine suâ, velut teredo vermis lignũ solet, *corrodentibus* provenientem vocat. Cui jungatur & Petrus ab Argillata Præstantissimus suâ ætate Medicus, quô nemo melius sententiam nostram confirmat, affectus nostri causam Chirurg. *libr. 5. Tract. 22. cap. 2.* inde deducens, quando aliqua materia (ejusdem verba sunt) in substantia ossis congregatur ex debilitate virtutis assimilativæ, vel ex debilitate membrii, unde congregatâ materiâ causatur apostema : illic autem consequenter factâ incisione, reperitur *corruptio in substantia ossis* tota, vel in parte ejus usque ad medullam.

(11) Num

(11) Num affectus hic Græcis antiquis notus fuerit toto *14. cap.* disquirit Severinus, quem semel hîc allegasse sufficiat. Videtur autem cum Nostro tandem affirmare, Hippocratis non solùm, & Galeni fretus authoritate, sed & rationibus non adeò futilibus nixus. Licèt enim apud eos, aut potiùs eorum interpretes idem affectûs nomen juxta eundem literarum sonum non reperiatur, reperitur tamen cum nostro quoad rem vel idem prorsus, vel certè non absimilis, parùmque differens, alio quamvis charactere notatus. Ita sub ulceribus phagædænicis, esthiomenis, & ossium corruptione generaliter eum comprehendisse Hippocratem in Epidemiis autumat D. Paul. Ammann. Professor Lipsiens. *in Disputat. Inauguralis* D. Theodor. Olitsch. Hamburgens. ibidem habitæ Anno 1672. de Spina Ventosa *cap. 1. sub fin.* ubi & ejusdem nostri affectus realis definitio ex ipso Hippocrate sic satis commoda *cap. 2.* traditur. Et quid Idem de *Fracturis text. 20.* per sphacelon, id est, con-

consummatam ossis corruptionem im-
tellexerit aliud, quàm quod nos pe-
Ventositatem Spinæ effamur ? Galem
aliorumque Græcorum teredinem
eundem cum nostro esse affectum, soll
nominis diversitate intercedente, Au-
thor nobis est Severinus & Joh. Langii-
us, quorum hic teredinem per perfora-
tionem ossium à corruptione putrid
ortam ex ipso Galeno *Libell. de Defi-
nitionibus* describit, subditque pauci
interjectis verbis hanc ulcerosam ossi-
um affectionem, sive mavis dicere, pu-
trilaginem, Avicennam *Ventositatem
Spinæ* appellasse : ille vero mentem
suam super hoc dubio ita exponit, u
dicat, non potuisse ignorari hunc no-
strum abscessum à Græcis, eò quòd jam
ultra sexcentos annos, nî supputatio
fallit, mortale genus invasit ; ut hinc
Græcorum memoriâ eum non extitiss
se impossibile sit, non obstante, quòd
multorum ejus accidentium non me
minerint, nec tam accuratè eum de
scripserint, quod inde fortassis factum
quia ob exquisitam victus rationem

mitio-

tiora tum temporis omnia erant
mptomata , quemadmodum hoc
anciſc. Valleſius *Comment. in 1. Epi-*
m. Sect. 2. de variis exanthemati-
s , & præcipuè de Variolis pronun-
at, quippe quæ etiamſi à Græcis Scri-
oribus non adeò accuratè cum o-
nibus ſuis ſymptomatibus fuerint
elineatæ, dici tamen non debet, eas
anè ignotas iis fuiſſe. Præterea
uemadmodum plerique aſſerunt,
iem Gallicam, ſcorbutum, aliosque
rtaſſis affectus, quos pro novis vul-
us Medicorum venditat, revera non
ovos eſſe, Veteribusque ubique co-
nitos fuiſſe, quia dictorum affectuum
mptomata eos non latuiſſe ex eorun-
em monumentis probari poteſt; ita
robabile eſt, eos quoque Pædarthro-
aces aliquam habuiſſe cognitionem,
uia ejusdem etiam ſymptomata hinc
nde apud eos licet ſub alio nomine de-
cripta offendimus ; maximè, ſi cum
everino affectum noſtrum ad cariem
ſſis univerſalem internam non ab-
urdè referri dixerimus. Et quid? ſi

cre-

crederemus, olim in Græcia ob bem
gnam aëris clementiam, moderatiic
remque victùs rationem minus affl
xisse, & mitioribus indutum symptc
matibus incessisse, hincque etiam rr
riùs fuisse observatum, interea veir
temporis eundo tantas demum virc
sumsisse, ut afflictionis stimulis plurr
mis auctis sub nova morbi specie in
cautioribus tantum non hodiè impc
nat? Cui nostræ opinioni imprimis fa
vere videtur Joh. Langius, Vir doctiss
mus, quando *cit. loc.* tantam, inquit, &
toties exploratam esse ortus & occasü
morborum vicissitudinem, ut aliqu
vulgares etiam morbi sub certa sidc
rum & tempestatum constitutione in
certis quoque regionibus grassari solli
ti, tandem cùm tempestas illa exolevc
rit, ac morbi seminaria contagionis dc
ferbuerint, iidem morbi desinant a
lateant: post aliquot verò annorum
intervalla, redeunte simili annorum
intemperie, repullulent; aut saltem
per hujus contagionis seminaria ad ex
teras nationes propagentur: cujus fi
mill

mile quid in noſtro quoque accidiſſe affectu, non adeò creditu difficile, eundemque Græcis quoque innotuiſſe ex his nunc palam eſt. Confer *Annotat. ad Cap. VII. num. 1.*

(12) Malum noſtrum in oſſis potiùs corruptione conſiſtere, quàm in carnis exulceratione jam ſupra ad num. (10) probatum dedimus. Nunc id agemus, ut tueamur, non in ſola exulceratione cum oſſis corruptione conſiſtere, nec ad carnis tantùm vitia referendum eſſe; id quod partim illis Authoris noſtri compendio hîc repetitis, partim aliis illis immixtis rationibus conabimur; quarum (1) eſt, quia ulcus cum oſſe corrupto non circumſcribit totam affectus latitudinem (2); quia hoc quandoque etiam ab externa cauſâ provenire poteſt, *Ventoſitas Spinæ* verò nunquam, (3) quia in noſtro Morbo carnis vitium ſemper demum ſequitur vitium oſſis (4) quia ulcus carioſum conſtans eſt, inque eadem parte permanet, quam primò invaſit, noſter verò affectus vagabundus eſt, & ſæpe ab una ad aliam

aliam transſit partem. (5) quia Severinus *cap. 5. p. m. 295.* quotidiano experimento didicit v. g. in vulneribus capitis, (quæ in ulcera tandem degenerant) & corruptelis aliorum oſſium circumjectam carnem amplè compui-treſcere, ſub hac verò vitiatâ ſubjectum os non niſi procedente longo tempore paulisper commarcere ; ſecus ac in *Ventoſitate Spinæ* fieri ſolet, ubi quippe os antè labem contrahit ac collutu-tulatur, quàm caro, (6) quia non ſufficit curaſſe ulcus , niſi etiam os imprimis fuerit curatum. (7) confirmatur Authoritate Principis Ebn Sinæ, qui inſtar omnium eſſe poteſt, quando is *Ventoſitatem Spinæ* cum dolore junctura-rum comparat, hoc tamen notabili diverſitate, quod hujus materia ſit in carne, illius verò in oſſe.

(13) Subintelligatur cauſa proxima, vel ſaltem antecedens. Aliàs enim externas quoque cauſas ad Affectus noſtri productionem concurrere indubitatum eſt, uti ex ipſius Authoris noſtri *cap. 5.* clariſſimè conſtabit.

(14) An

(14) An præter manifestas qualitas occulta quoque subsit, cujus ratione pravi illi *Spinæ Ventositatem* progignere apti nati humores præ cæteris corporis nostri partibus ossa in specie moriantur, adhuc sub judice lis est? Negat autem id, & pernegat Doctissimus Severinus integro *12. cap.* quando inquit, nonnullos, dum hujus affectus, & ossis corrupti causas exponunt, non inventâ, quæ satis faciat, ratione peculiariter affecti ossis, ut à magnâ difficultate citò se extricent, ad antipathiam, & occultas rerum causas confugere, more eorum nostro hoc seculo deceptissimo, qui rerum indagationis pertæsi, viâ quàm expeditissimâ sunt contenti; se autem, pergit, etsi perpetuò non rejiciendas has esse proprietates arbitretur, in hoc nostro Vitio tamen amplectendas non consentire propterea, quòd ad causas ratione contemplabiles referri possit; quas altiùs deductas isthinc petere licebit, à nobis quoque *Annot. Cap. III. num. 3.* dilucidius propositas. Nunc hoc saltem

impræ-

impræsentiarum advertisse juvabit
quod, si per occultas qualitates illæ hîc
ut communiter, intelligantur, quarum
causæ adeo sunt obscuræ, & occultæ, ut
à nemine sufficienter percipi, nullaqu
certâ ratione comprehendi valeant
utique exulare hic illæ debeant, quia
rationes, cur peccantes in affectu nos
stro humores ossa præcipuè infestent
non solùm Severinus, & Author noster
reddidit, sed & ipsimet in subsequenti
bus reddere adhuc alias conabimur
vero fortassis non minus, ut arbitra
mur, consentaneas. At si occultas qua
litates illas fortè tantùm vocaverit Au
thor noster, quarum effectus ex primi
qualitatibus, id est, ex calore, frigore
humiditate & siccitate deduci nequi
tunc concedimus & nos præter ha
primas qualitates alias quoque cùm in
plerisq;, tum in hoc nostro affectu ma
ximè concurrere. Vel, si illi occultum
idem esset, quod malignum, quemadm
modum Argenterio illi tantum mor
bi occultarum dicuntur qualitatum
qui maligni sunt, iterum & nos pollic

cem

m premeremus, ambabus manibus
giti, malignum, atque hâc acceptio-
occultum quid, si non semper, ut
urimùm tamen in hoc nostro affe-
a subesse. Tantum autem si & mihi
lut anseri inter olores, sic ferente
casione, de hac re strepere liceret, ab-
t, ut occultas qualitates indifferenter
orsus rejiciam, ut potius cum Scali-
ro *Exercit. 218. Sect. 8.* ipsemet de-
atem, ad manifestas omnia deducere
lle qualitates, summam esse impu-
entiam, certissimumque sit, iis, qui
oc tentant, plerumque evenire id,
uod de Epicuro & Asclepiade Gale-
us *Libr. 1. de Nat. Fac. 14.* pronun-
avit, ut nimirum rationes vel ineptas
ridiculas afferant, vel ea negent, quæ
iam experientiâ confirmata sunt;
uamvis vicissim persuasissimum mihi
abeam, vel olim qualitates occultas
mium familiares, sæpeque revera i-
norantiæ, vel saltè paulò obscuriores
rum causas indagandi socordiæ fuis-
asylum; vel hodiè sub his τὸ mali-
uum circumferri, & haud rarò præter
necessi-

necesſitatem nimium extendi,quod :a
illis præcipuè fit , qui omnium morbo
rum abditisſimas etiam aliàs cauſſi
reddere ſe poſſe videri volunt , artb
trati , multum ſibi de eruditionis fam
decedere,ſi occultas qualitates in ſubſt
dium vocarent, idem interea,ſi res ipp
reputatur,diverſo ſaltem nomine ex
primentes, ut hinc ferè idem quod V
teres occultum vocarunt,hodiè recen
tiores malignum in morbis dicere vo
deantur ; quod malignum,ut ſupra iii
nuimus,& nos in noſtra *Spinæ Ventos
tate* facilè quidem admittimus, prim
autem & communisſimi ſenſus occu
tas qualitates iterum iterumque ab
removentes.

(15) Nimirum nutrimentum po
minimas arteriolas in os delatum , ibi
que depoſitum , nec propter all
quam ejus διάθεσιν , hincque virtut
asſimilativæ debilitatem , decentt
concoquitur, nec ritè apponitur, ſe
potiùs corrumpitur,&in inutile excre
mentum facesſit, quod, quia os ob ex
pultricis facultatis ſuæ imbecillitate
amco

moliri è ſe nequit, fit, ut coacervatâ xcrementitiâ hac materiâ, primò in-erna quædam inflammatio, & ex hac ein apoſtema, tandemque ille ipſe nboriatur affectus, circa quem totum oſtrum præſens verſatur negotium.

(16) Unde jam ſua ſponte citra ul-riora multæ probationis argumenta uit, oſſa utique, ceu reliqua membra utriri, cùm quia vivunt, tum etiam uia creſcunt, & augentur, quod nu-itionem neceſſariò involvit. Nutri-ntur autem, ut nobis videtur, non edullâ, eò quòd non omnia oſſa, ut anium, malleus, incus, ſtapes, oſſa apulæ, pubis, ſeſamoidea &c. medul-m habent; nec leni aliquo liquore yloſc per nervos influente, (quam ntentiam Inſignis ille Medicinæ Re-rmator Franciſc. Gliſſonius de *Ana-mia Hepatis p. 412.* tuetur) quia per rvos ſpiritus animales ad partes, ſen-m & motum ut iis largiantur, deferri, rtum; nutritium autē quendam ſuc-m, quæ nova quorundam eſt ſenten-ntia, per eosdem ad partes inde nu-

triendas amandari, incertisſimum ad-
huc,& maximè dubium eſt ; ſed certâ
& adæquatâ arterioſi ſanguinis fortass-
ſis pinguiori & magis tenaci parte, quæ
per minimas,& tantùm non inconſpi-
cuas arteriolas ad oſſa circulationis le-
ge delatus extra earum oſcula excidem
in horum poros dispergitur, ibique re-
tinetur,ac ulteriùs coquitur, tandemq
conſumtæ oſſis ſubſtantiæ, vel tenui
& æqualisſimæ mucilaginis, vel cujus-
dam quaſi auræ formâ apponitur; dum
interea quod reliquum eſt ſanguiniſ-
venulis ſuſcipitur,& ad Cor regeritur.

(17) Alludit ad illud excrementum
tertiæ coctionis, quæ in quibuslib
corporis noſtri partibus fit, ipſamq
earum nutritionem præcedit. Eſt au
tem illud communi Veterum conſe
ſu duplex, unum nempe craſſum, alt
rum tenue: illud ſordes ſunt, ſtrigme
torum ſpecie cuti extrinſecus impact
apparentesque in linteis&veſtiment
cutem tangentibus: hoc verò eſt,qu
per inſenſibilem transpirationem r
ſolvitur, rituque vaporis evolat.

(18. I

(18. 18) Utriusque nominis *Ventositatis* puta & *Spinæ* etymologiam jam suprà ad num. (1) Annotation. absolvimus, unàque complexi sumus.

(19) Si quæritur, an ossa sentiant? subtilerti distinctione opus est. Non sentiunt in se, vel ratione sui, vel, si mavis, ratione intrinsecæ ipsorum substantiæ considerata; quo sensu dubio procul dixerit D. Paul. Ammann, *Disputat.* suprà allegatæ *cap. 2. §. 3.* quando mirabitur, Philosophos in communi ossa omnium, aut nihil sentire statuentes, hocque pertinaciùs negantes crurifragium negati jubet, ut desinant contradicere. Hac enim acceptione sive urantur, sive secentur, sive frangantur, insensibilia omnibus Anatomicorum fatentur ossa, præter unum fortassis Nicol. Massam, cui Deum testatur, se vidisse hominem secare in crure cum detectione ossis laborantem, inque eo sensum fuisse dolorosum, neque sine dolore tangi potuisse, & fuisse denudatum à periosteo; nec perforasse os, adeoque intus latuisse sensum dolorosum; nisi quis dicere velit, illam doloris perceptionem ab il-

lic disseminatorum nervorum, sangui-
fluorumq; vasorum tunicarum offen-
sione ortum duxisse. Sentire autem
ossa quando dicuntur, plerumque dii-
cuntur ratione membranæ, periosteum
vocatæ, quæ inter eorũ partes numerari
solet; ut hinc ubiubi membrana hæc
reperitur, ibi & sensus sit, & contrà ubi
eadem deest, ibi & sensatio nulla sit.

(20) Quandoquidem membran
adæquatum sensationis, sive tactiliun
qualitatum perceptionis organum es
Unde quoq; sequitur membranas pa
tesve membranosas, quippe quæ soll
sensu tactus præditæ sunt, non solùm
punctorii; sed & cujuscunque dolori
ceu tristis sensationis subjectum esse
variantis tamen pro varietate par
um, & causarum. Aliàs doloris unii
saltem proxima causa, solutio nimiru
continui à plerisque statuitur: specii
verò vel quindecim ab Arabibus num
rantur; sed quæ ad illas à Galeno *lo*
all. propositas dolorum differentti
facilè referri possunt.

(21) Οσουδη dolor iis, quos Ver
rea lues, scorbutus, quin & quarta
feb

ebris torquet, familiaris, & quasi ossa
ndens, seu tundens, vel juxta Gale-
um loc. à *Pandolphino* allegato, item-
ue *Libr. 3. de Salubribus* ita dictus ob
enitiorem in lacertis, tendinibus, &
anniculis, qui ossibus adhærent, dolo-
s sensum , Eruditè docti Joh. Langii
ntentiâ *Epist. Med. Libr. 1. Epist. 42.*
g.m. 207. à subtiliori putrescentium
horum parte dependet, dum ea suâ
rimoniâ ossa & panniculos, (adde &
sa circumdantes membranas, Græcis
ἐπίσεα dictas) arrodit & distendit,
orum panniculorum (& membra-
rum) ratione ossa dolere , & veluti
rebrâ perforari videntur. Solet au-
m dolor hic nocturno tempore atro-
ùs ingravescere,& quidem rationibus
eodẽ Langio petendis, cujus ultimã
obabiliorẽ mihi visam,non possũ nõ
c transferre,quando ibidem fieri hoc
bitratur,quod calor naturalis, verum
lis heliotropium, lumine ipsius exci-
s, mane & interdiù unà cum Spiriti-
s, virtutis motivæ vehiculis, ad ex-
rna motûs, & diuturni laboris orga-
dispersus, ea suo tepore fovet ac do-

loris materiam, quæ lacertos, nervos, tendines, & osſium membranulas vel- licabat, & flatu vaporoſo diſtendebat, concoquit & in vaporem diſſipat: noctu verò ad interna præcordia concoctionis operâ retractus, membra calore deſtituta magis algent; hincque doloris materia minus concoquitur, miinusque diſſipatur; quod vel inde probat, quia qui hoc dolore noctu affligumtur, ut is miteſcat, deambulare & doloris membra fricare, donec incaluerint ſolent; non obſcuro indicio, dolorem illum extremorum membrorum frigore exacerbari, colore verò & motu demulceri.

(22) Non in cavitate inteſtinorum ſed intra inteſtini craſſioris, & quidem coli tunicas hærente, tamq; acerbũ dolorem, dum tunicæ inteſtini illius ab ea diſtenduntur ac divelluntur, excitante ut inteſtina quaſi perforari videantur. Sennert. *Pract. L. 3. P. 2. S. 2. c. 2. p. m. 27*

(23) Ne quis per ventoſitate hanc noſtram forte affectionem intelligat. Denotat enim hîc nihil aliud quàm flatus, ſive vapores, quorum tam

anta interdum vis est, ut, in magna ali-
qua ossium junctura conclusi, os à pro-
rio loco dimovere, teste Joh. Vigone
Practic. L. 2. cap. 12. ne dum vel coli-
um, vel alium gravem dolorem crea-
e valeant: cujus casus hinc inde apud
racticos, sed & potissimum Fienum,
Tractat. de Flatib. quamplurimos re-
erire licet.

(24) Spina hæc ossium à plerisque
natomicis ad eorum apophysin refer-
ur, quæ Latinis processus, productio,
extuberantia dicitur; estque pars os-
s non contigua, ut epiphysis, sed con-
nua, protuberans ultra planam super-
ciem. Vid. Th. Bartholin. *Anatom.*
eform. Libell. 4. c. 1.

(25) Quâ ratione omnes penè cor-
oris nostri partes, adeoque & ossa, ca-
arrhis obnoxia sint, indeque oriundis
uàm plurimis tententur morbis, ple-
que quidem Practici tradunt, nemo
utem fortasis meliùs, & nemo proli-
iùs, quàm D. Conr. Vict. Schneider.
Operosis suis de *Catarrhis* Operibus
uæ adi is.

(26) Notanter Author noſter dicit, *præſertim in pueris*; indicio, affectum hunc noſtrum teneram ac juvenilem ætatem imprimis quidem divexare, nihilo tamen minus nec eos, qui ephebis exceſſerunt, quiſque hos ætate ſuperant, prorſus intactos dimittere; ſecus ac Severinus ſenſit *cap. 6. p.m. 296*, quii haud per omnem promiſcuè ætatem homines laceſſere, ſed pueris & familiarem eum eſſe, & proprium ſtatuit; hac tamen viciſſim addita limitatione, ut, ulteriori quidem etiam ætati nonnunquam contingere poſſe, concedat; ſed eâ ſaltem ratione, quâ Variolæ quoque, & morbilli inter puerorum numerari ſolent morbos, etiamſi ſicut & ipſa Pædarthrocace ad ſenilem uſque ætatem ſervari quandoque conſueſcant. Videturque aſſerti illius ratio hæc eſſe, quòd quemadmodum Variolæ & Morbilli à paterni ſeminis, vel materni menſtrui ſanguinis vitio in fœtum transeunte oriuntur, inque pueris dein, ut plurimùm ejus hypothe- effloreſcunt, hincque puerilem mor-

burn

um conſtituunt ; *Spina Ventoſa* au-
em vel ab inſufficienter proruptis, vel
tro relapſis dictis exanthematibus
venire ſolet ; ita ipſam quoque *Spi-*
ā Ventoſam à variolis prognatam pu-
rorum affectibus annumerari debere
eceſſariò ſequi pateat. Verùm enim
erò utut nolimus inficiari, à variola-
m relicto miaſmate ſæpè in pueris
tum ducere affectum noſtrum ; quin
men ex aliis quoque cauſis, non in
ueris ſolùm, ſed & in adultis, profici-
i queat, nulli prorſus dubitamus ; pa-
bitque ex deinceps dicendis. Quid ?
nòd hoc ipſum cum fida rerum magi-
ra experientia teſtetur, tum etiam
arorum Authorum teſtimonia com-
obent. Experientiam primò quod
tinet, licet apud Authores plura in
ultis, quàm pueris *Ventoſitatis Spi-*
notata reperire exempla, quæ infra
nnotat. ad Cap. III. num. 1. videnda ;
rtiſſimo, ut mihi perſuadeo, argu-
ento, noſtram *Spinæ Ventoſitatem*
on minus teneram ac flexilem, quàm
nſiſtentem, & robuſtam, imò fortas-

sis senilem quoque ætatem affligere quandoque solere ; quod & secundò Authorum testimonia similiter evincunt, quos inter præcipuus est Petr. de Marchettis , qui *loc. alleg.* conceptis verbis ad vigesimum quintum circiter annum se, ut plurimùm, observasse cum viros , tum fœminas huic morbo obnoxios esse, annotavit ; cui & Rolfinckius adstipulatur, quando *Dissertat. Anatomic. lib. 2. cap. 4.* gravissimum hunc affectum pueris quidem imprimis, nonnunquam tamen adultioribus etiam infestum esse profitetur : à quo non adeò abludit Clariss. D. Paul. Ammann. *Disputat. cit. cap. 1. §. 6.* ubi quidem concedit, pueros ob ossa cartilaginosa, & nondum exactè ferruminata citiùs, & sæpius *Spina Ventosæ* subjici posse ; exinde tamen non probari arguit, quòd eos solùm , atque exclusim adultis , & quidem præcisè post varicolas, afficiat ; imò ipsi Mali definitioni suæ hîc notanter inserit, *adultis pariter atque pueris familiare id esse* subnectitque *cap. 2. §. 5.* hanc ra-

ciem

onem, cur præter pueros adultos
uoque affligere posse dicat? nimirum
uia ossa secundum omnes sui partes
ffectu nostro corripi possunt, de quo
nnotat. cap. III. ad num. 3. cui addo
go alteram, quia eædem causæ *Spi-*
amVentosam producere aptæ natæ æ-
uè in adultis ac pueris dari possint,
t in sequentibus ostendetur. Adhæc
solis pueris proprius esset hic affe-
tus, non subticuisset Avicennas, qui-
ue eum sequuntur, Argillata, Maria-
us Sanctus, Nic. Massa, Vigo, Ingras-
as, aliique, quorum tamen nemo ne
inimam quidem ejus rei facit men-
onem. Ratum ergo sit, *Spinæ Ven-*
ositatem ob partim jam dictas Am-
nanni, aliasque partim deinceps di-
endas causas pueris quidem impri-
nis esse infestum, non tamen propri-
m, nec magis adultis parcere solere.

Confer *Annotat. ad Cap. III.* *num. 1.*

CAPUT II.

De Definitione, & primò de Universaliori.

NOtionali Definitione assignatâ, essentialis assignanda, tradendaque est. At quia *Ventositas Spinæ est* (1) *morbus*, & morbus accidens, minimè verò definiri potest, cùm vera definitio per Arist *4. Met. 15.* solùm substantiæ competat; ob id eam nõ definire, sed potiùs describere conabor. Et cùm morbus iste ferè ignotus sit, ut magis notificetur, atque illustretur; duas illius definitiones, seu descriptiones tradere operæ pretium esse mihi videtur; unam quidem, nimirum primam universaliorem, atque genericam; alteram verò magis particularem, speci-

pecificam, ac magis propriam, juæ veræ definitionis obtinebit ocum, quatenus accidens definiri ooteſt. Prima ea erit, quæ ab A-icenn. *lib. 1. Fen. 2. Doct. 1. cap. 5.* *poſtemati*, (2) *ſeu tumori* præter-aturali tributa fuit, quam noſtro norbo particulari convenire pos-e, argumentis oſtendere conabor. n quo quidem loco vult Princeps te (3) *Apoſtema eſſe morbum*, *ex nni morborum genere compoſi-um.* Idcirco *Ventoſitas Spinæ eſt* 4) *morbus ex intemperie*, *mala mpoſitione*, *& ſoluta unitate* ompoſitus. (5) *Morbus* ſtat lo-o generis; (6) *compoſitus*, loco fferentiæ, nempe ad differenti-n (7) *ſimplicium.* Cujus deſcri-ionis partes ſic probantur.

(8) *Conſtitutio præter naturam dens operationes ſenſibiliter eſt orbus:* Sed Ventoſitas Spinæ eſt

constitutio præter naturam lædens operationes sensibiliter: Ergo Ventositas Spinæ est morbus.

Majorem esse veram, colligitur ex Galen. *1. de Differentiis Morborum cap. 2. & l. 1. Meth. cap. 7.* itemque *Artis Parvæ 8.*

Minor probatur. Intemperies, Mala compositio, Solutaque unitas sunt constitutiones præter naturam, lædentes operationes sensibiliter: At Ventositas Spinæ est composita ex Intemperie, Mala compositione, atque Solutâ unitate: Ergo Ventositas Spinæ est constitutio præter naturam, ut supra.

Minor etiam hujusce secundi Argumenti probanda. Si Ventositas Spinæ non esset morbus compositus ex Intemperie, Mala compositione, ac (9) *Soluta unitate* (quam præcedit *solutio ipsius u-*

nitatis

itatis) utique (10) *putredo, corru-*
tio, tumor, ascendentes partes, sa-
iei collectio, abruptio ipsarum par-
ium, atque pravus sensus (*dolor*
tilicet) in ea minimè essent : Sed
æc omnia adsunt: Ergo Vento-
tas Spinæ est morbus composi-
us ex Intemperie, Mala composi-
one, & Soluta unitate.

Tametsi autem, quod proban-
um erat, jam breviter probatum
t, & præsertim Ventositatem
pinæ esse morbum, nihilominus
d clariorem doctrinam, cæteræ
articulæ, nimirum (11) *Intempe-*
iem, Malam compositionem, Solu-
umq; unitatem, totam naturam
sius Ventositatis Spinæ constituere,
junctim sunt probandæ. Et pri-
nò de Intemperie.

(12) *Ubi primarum qualitatum*
mmetria non servatur, ibi Intem-
eries reperitur. ((13) *Temperies*

enim

enim quoad justitiam nil aliud est, quàm earum qualitatum debita proportio, seu sanitas, secundùm Galen. super *Aphorism 39. Sect. 4.*)) Atqui in Ventositate Spinæ primarum qualitatum symmetria non servatur: Ergo in Ventositate Spinæ Intemperies reperitur.

Major ex se clara est. Minor autem probatur; si in Ventositate Spinæ qualitatum earum servaretur symmetria, neque putredo, neque corruptio, neque dolor (ut dicebatur) essent in ea: Sed hæc adsunt: Ergo in Ventositate Spinæ dictarum qualitatum symmetria non servatur.

Probato primo membro de Intemperie; probandum & alterum de Mala compositione.

Ubicunque aut (14) *dimensio* aut figura, aut situs sunt vitiati, ibi (15) *Mala* est *compositio*: At in Ventosi-

entositate Spinæ dimensio, & pe numero figura, & situs sunt tiati: Ergo in Ventositate Spinæ ala est compositio.

Major ex Galen. *de Differentiis lorborum*, & ex Avicenn. 2. 1. ta est. Minor probatur. Ubi tumor vel retractio, vel exartilatio, ibi dimensio, figura & situs nt vitiati: Sed in Ventositate inæ semper tumor adest, & membri retractio, atque exartilatio: Ergo in Ventositate Spie dimensio, figura, & situs sunt tiati.

Major ex se evidens est. Et inor per experientiam patet. unquam enim prædictam Vensitatem Spinæ absque tumore rspexi: Et si in aliquo (16) *artilo* nascatur, ut est cubitus, etiam 7) *figura vitiatur*, quia incurvar, quin & (18) *retractio*, nec non exar-

exarticulatio, quàm sæpissimè fiunt.

Et tandem de Soluta unitate tertium probandum membrum.

In quo est abscessus, vel alicujus partis deperditio, in eo est (19) *soluta unitas* : At in Ventositate Spinæ est abscessus, partisque deperditio: Ergo in Ventositate Spinæ est Soluta unitas. Major declaratur à Galen. *2. ad Glauconem 7.* ubi loquens de abscessu, inquit: *Sic autem nominant eas dispositiones, in quibus invicem distant, quæ prius se contingebant corpora.* De partis autem deperditione nullum dubium. Minor probatur. Nam (20) *materia*, quæ tumorii est causa, colligitur, in (21) *spatio* facitque solutam unitatem; & (22) *putrescens*, qualitatem erodentem acquirit; unde partes continentes erodit, atque putrefacit; ac tam

dem

em si non ferro abscessus aperiatur, materia ipsa ex se aperit illum; quæ etiam apertio (cùm fiat erosione) absque partis deperditione minimè fieri potest; Et insuper partis deperditio ista fit per corruptionem in osse.

Istis ergo stantibus omnibus, Ventositas Spinæ est tùm (23) *similiarium*, tùm *dissimiliarium*, & *earumq; partium morbus*; & consequenter definitio ista ei rectè competere potest.

Dum autem dicimus Intempiem, Malam compositionẽ, Solutamque unitatem, semper intelligimus de morbosis, & non de illis, quæ (24) *operationes* non *lædunt*. Et præterea (25) *intempies* nunquam *simplex* (ut declaramus, Deo favente, in capite de Differentiis) sed (26) *composita*, & quidem vel calida & sicca; vel frigida

gida & humida ; non (27) *nuda* ; ſed cum materia. Tumor enim & ſanies perpetuo concomitantur eam ; ſoluta verò unitas, non ſolùm (28) *in oſſe* per ſimplicem putredinem, vel per putredinem, & eroſionem inſimul ; verum etiam in ſenſilibus partibus ; ut in perioſteo, membranis , ligamentis (quanquam (29) *ligamenta per accidens tantùm ſentiant* , ut Galen. *de Anatomia vivorum* , & Avicenn. *de Simplicibus Membris* docent) nec non in nervis, & tendinibus conſiſtit, (30) quibus mediantibus patiens (31) *dolore* affligitur.

ANNOTATIONES *ad* CAPUT II.

(1) OMnis res p. n. ſive affectus p. n. vel eſt morbus, vel cauſa morbifica

fica, vel ſymptoma. Noſtra ergo *Spi-*
Ventoſitas ad morbum refertur, qui
rum triplex eſt. Vel enim morbus
nſiſtit in intemperie , vel in malâ
mpoſitione in genere ſic dicta, vel in
luta unitate. Noſter, quo de agimus,
fectus, non ſolùm eſt morbus intem-
riei, non ſolùm morbus malæ com-
ſitionis, nec ſolùm morbus ſolutæ u-
tatis ſeorſim ſumtus ; ſed eſt mor-
is ex triplici hoc morborum genere
mpoſitus, nimirum & intemperiei, &
alæ compoſitionis, & unitatis ſolutæ
njunctim acceptus, ita quidem, ut in
a eademq; parte, quam affectus no-
r premit, tria hæc morborum genera
nul reperiantur: quod Author mem-
atim hoc ipſo capite probat.

(2) Tumor & Apoſtema Arabibus,
terque hos Principi Avicennæ unum
idem fuit idemque ; ſed malè. Ne
que perperam invicem confundan-
r, en ! differentiam. Differre autem
ter ſe videntur ut genus & ſpecies, ita
genus ſit tumor, qui à Paul. Barbette
irurg. Part. 2. Libr. 1. cap. 1. non
in

inconcinnè deſcribitur, quòd ſit mor
bus præternaturalis, quo partes hu
mani corporis præter ſolitum modu
ampliantur & extenduntur, ut deſtina
tam operationem perficere nequeam
Apoſtema verò eam tumoris ſpecie
ſignificat, quæ tumor ſuppuratoriu
Abſceſſus vel Vomica dicitur.

(3) Apoſtema ergo morbus eſt e
omni morborum genere compoſitu
quatenus Authore Avicennâ pro tu
more accipitur. Competitque hi
Spinæ Ventoſitati apoſtematis defi
tio non aliâ ratione, quàm qua apoſt
ma & tumor idem denotant.

(4) Si *Spinæ Ventoſitas* genera
conceptu tumor eſt, quod hypotheſ
os loco ponitur; tumor autem Avice
næ, quique hunc ſequitur, *Pandolph*
no noſtro nihil aliud, quàm morbus d
citur ex omni morborum genere com
poſitus; talem utique noſtram quoqu
Spinæ Ventoſitatem eſſe, concedi pot
rit.

(5) Hacque ratione morbus *Spi*
Ventoſæ genus quidem conſtituit ſe
rem

notum, non proximum, quod osſis
rruptionem facit Author, ſequenti
pite examinandum.

(6) Aliàs compoſitus morbus is di-
ur, qui cum alio, vel pluribus in ea-
m parte copulatur, ſive illi ſint ejus-
m generis, ſive diverſi; quemadmo-
m in hoc noſtro affectu omnia tria
orborum genera concurrunt.

(7) Simplex verò morbus eſt, qui in
a aliqua parte cum nullo alio morbo
njungitur.

(8) Tot circumferuntur morbi defi-
iones, ut neſcias, cui dicas: tu mihi
a places. Suam Sennertus perfectam
formalem vocat, quam vide ſis *Inſtit. ed. Libr. 2. Part. 1. c. 1.* quæ æquè ac
leni definitio *Spinæ Ventoſitati* ad-
tari, deque eâ ſubſumi poteſt.

(9) Si qua ſolutam unitatem inter
pſam unitatis ſolutionem intercedit
ferentia, hæc fortasſis erit; ut unita-
ſolutio fiens ſit, & ipſe ſolvendi a-
is; ſoluta verò unitas eam jam fa-
m, vel ſolutionis effectum denotet.

(10) Quandoquidem uti *putredi-*

nem

nem quæ caloris p. n. non infrequen
cauſa eſt, aut *corruptionem*, quæ ipſ
ſive ſit partium, ſive humorum, nihil
liud eſt, quàm ipſius naturalis temper
menti degeneratio, non poteſt non *in*
temperies ſequi; ita *tumor*, aut *aſcen*
dentes, id eſt, in tumorem elevatæ *pa*
tes, aut *ſaniei collectio*, magnitudin
auctæ mater, ſine mala compoſitiom
in genere vix ac ne vix quidem conc
pi: nec tandem *abruptio* ipſarum *pa*
tium, hoc eſt, quando oſſa, perioſteu
ipſáque cutis diſſiliunt & à ſe invice
abſcedunt, nec *dolor*, à quo contin
ſolutio indiſſolubili nexu pendet, ſi
ipſa ſolutâ unitate dari unquam pote
ut hinc dubium nullum amplius
quin in *Ventoſitate Spinæ* & intemp
ries & mala compoſitio & ſoluta unit
ſimul copulentur; nec opus fuiſſet,
gillatim hoc ulteriùs probare.

(11) Triplex hoc morbi genus *Ve*
toſitatis Spinæ naturâ generaliter q
dem conſtituere jam dictum; ejus a
tem totam eſſentiam formaliter ac ſp
cificè non exprimere, nec ejus latitu

nec

m penitus exhaurire ex ante ceden-
ous, & ſubſequentibus conſtabit.

(12) Quæ Syllogiſmi Major proba-
r, quia Intemperies non aliunde ori-
r, quàm ſi debita qualitatum prima-
m proportio, quæ ad actiones eden-
s neceſſaria eſt, non ſervatur, ſed vel
a reliquas tres, vel duæ reliquas duas
ncunt; Vel eſt, (ut Excell. D. Maur.
offmann. Fautor noſter plurimùm
norandus *Method. 2. Prudentiæ*
ed. annexa haud malè deſcribit) re-
ſus temperamenti naturalis alicu-
partis ad hanc vel illam qualitatem
iones lædentem, dependens à præ-
tia talium humorum in poris ipſius
batis, vel iſtuc cum ſanguine conflu-
ium, vel ex ſanguine ibidem gene-
tium.

(13) Temperies ad juſtitiam, Geo-
tricæ proportionis aliàs nominata,
ue dicta ad differentiam temperiei
ondus, ſive Arithmeticæ propor-
nis appellatæ, quæ in homine non
ur, hîc deſcribitur ab Authore, ut
contraria, intemperiem puta &

temperiem, juxta ſe poſita magis elu-
ceſcant.

(14) Dimenſio idem hîc eſt, quod
morbus auctæ magnitudinis, qui diſ-
tenſionem in longum, latum & profun-
dum recipit.

(15) Aliàs malæ cõpoſitionis in genere,
ſive organici ab Avicenna dicti morbi
ſunt morbi numeri, magnitudinis, con-
formationis, & compoſitionis in ſpecie,
quorum illi conformationis iterum in
morbos figuræ, cavitatum, & ſuperfi-
ciei; hi verò compoſitionis in morbos
ſitus, & connexionis dividuntur, adeo
que ſeptem in univerſum organicorum
morborum numerantur genera.

(16) In articulis imprimis ſtabulari
affectum noſtrum, illosque *Ventoſita-
tis Spinæ* potiſſimum ſubjectum conſti-
tuere, teſtantur Severinus & Petr. de
Marchettis *locc. citt.* quod inferius ex
nodatiùs expendemus.

(17) Figura v. g. cubiti in ſæpe nu-
minato morbo noſtro vitiatur, dum ex
naturaliter recta in curvam mutatur
atqu

que degenerat, hincque actionibus
è exercendis impedimento est.
(18) Retractio verò sive decurtatio
membri illius incurvationem necessa-
sequitur, cui utique haud rarò ex-
de-articulatio supervenit, maximè
prope articulationem niduletur
lum.
(19) Quòd *Spinæ Ventositatem* per-
uò comitetur soluta unitas, per hu-
descriptionem compendiosiori via
bari posset tali argumento: Ubi-
nq; partes, quæ unum, & continuum
debent, dividuntur, & continuita-
amittunt, ibi soluta unitas præstò
Atqui in *Vētositate Spinæ* &c. Ergò.
(20) Non inelegans est, & succincta
criptio modi, quo *Spinæ Ventositas*
i plerumque solet.
(21) In spatio, seu medio interiori
s.
(22) Dum enim alimentares quo-
modo vitiati humores in osse coa-
vantur, stagnant, & subsistunt, non
est aliter fieri, quin labem contra-

hant,&putrescant, non secut ac vitium capiunt,ni moveantur,aquæ.

(23) *Ventositatem Spinæ* similarium, intemperies ; dissimilarium,sive organicarum, mala compositio; & utrarumque partium morbum esse, soluta unitas, quæ illam comitatur, probat.

(24) Operationum, sive actionum læsio enim de essentia morbi est, adeò ut, ubi illæ non læduntur, ibi nec morbum esse dici possit,hincque non quævis leviuscula saltem intemperies, mala compositio, solutave unitas, sed quæ actionibus officit,intelligi hîc debeat.

(25) Est autem intemperies simplex , in qua una tantùm primarum qualitatum excedit, ideoque quadruplex habetur , calida nempe, frigida, humida, & sicca.

(26) Composita intemperies dicitur, in qua duæ primæ qualitates excedunt , estque iterum quadruplex, nimirum vel calida & humida; vel calida & sicca; vel frigida & humida ; vel frigida & sicca. Cur autem vel calida & sicca

cca; vel frigida & humida intelligen-
a hîc tantùm sit, exclusâ calidâ & hu-
idâ; itemque frigidâ & siccâ, ego qui-
em nondum video; nisi quis forte
um Clariss. D. Jac. Pancrat. Brunone,
autore nostro & Collegâ Colendissi-
o *Dogmat. Medic. General. Part. 2.*
ap. 3. calidam & siccam prorsus neget,
mpossibile esse existimante, ut calor
. n. cum humore p. n. possit consiste-
; frigidam verò & siccam vel omni-
ò non, vel rariùs in affectu nostro pec-
re statuat.

(27) Nuda intemperies communi-
r aliàs sine materia, nec non immate-
alis dicta, rarior illâ cum materia, nec
u durabilis, fit à causis externis, &
uidem potissimùm vel ab æstu solis,
el ab igne, vel à medicamentis impo-
is & similibus; unde describitur à
ælaudato D. M. Hoffmanno *loc. cit.*
Method. 1. quod sit recessus tempera-
éti naturalis alicujus partis ad hanc,
el illam qualitatem, actionem læden-
m, productam per causam aliquam
ternam, internam dispositionem

provocantem : atque hæc impræſerr
tiarum non attenditur.

(28) Oſſa quoque in ſpineo noſtr
Malo ſolutam unitatem pati, indubitr
tum eſt, probantque cùm abſceſſus i
iis geniti, tum etiam fruſtula, quæ l
minatim haud rarò abſcedere ab i
ſolent.

(29) Ligamentis ſenſus commum
ter per ſe denegatur, ex ea ratione, n
dum contractione & extenſione fr
quentius movétur, perpetuò dolerem
At ſi quis ſenſus iis conceditur , id
per accidens , & ratione membran
rum, non autem propriæ ipſorum ſu
ſtantiæ.

(30) Quibus meritò addi deberen
caro, cutis, venulæ, & arteriolæ.
quidem non ſolum ab Authore em
meratarum , ſed & harum nunc cd
mum additarum partium unitas ſolv
tur, maximè ſi aliquandiu Malum d
raverit, & abſceſſus exteriùs jam h
verit.

(31) Solâ autem membranaru
membranoſarumque partium , c
co

communis organi tactus læsione, dolore ægrotantem affligi, jam suprà *Annotat. ad Cap. I. num. 19. & 20.* dictum est.

CAPUT III.

De altera magis vera, ac propria Definitione.

LIcèt hujusce morbi definitio tradita satis rationabiliter assignata sit; attamen cùm nimis universalis (veluti dictum fuit) esse videatur; altera magis particularis, atque specifica (sicuti jam promissum est, & hujusmodi tractatus fundamentum requirit) invenienda, atque tradenda est: Quæ talis erit: nempe, (1) *Ventositas Spinæ est ossis corruptio cum partis tumore, ac* (2) *intemperie, ab humore corrumpente procedens.* Forma hujus Definitionis est cor-

ruptio cum partis tumore, ac in-- temperie: (3) *subjectum, os* existit: Efficiens, (4) *humor corrumpens.*

Ventositatem Spinæ (5) *ossis cor-- ruptionem* esse, ex supradictis patet Auctoribus, præsertim verò ex A-- vicenn. *lib. 4. Fen. 4. Tract. 4. cap. 9.* atque cum partis tumore, ac in-- temperie eam compositam esse, satis abundè assertum fuit. Per corruptionem non debemus (6) *corruptionem habituatam* intelli-- gere solùm; verùm etiam (7) *in habitudine existentem*: præterea, vel (8) *cum amissione ossis substan-- tiæ* est, (quæ (9) τηρησὶς Græcè, La-- tinè *Caries*, seu erosio nuncupatur, & erodendo fit) vel (10) *cum ea erosione non reperitur*; tuncque ipsius ossis substantia solùm cor-- rumpitur: & tandem corruptum, vel arte extrahitur, vel à natura fistulatim emittitur. Humor

ista

ste corrumpens, aut erit acutus,
icut Avicenas loco supra allegato
ult, aut salsus, atque nitrosus,
ut tenuis, frigidus, & humidus,
t propriè est phlegma aquosum,
c serositas, aut (11) *virulentus*,
ui vel *talis erat antequam ad pa-*
ientem partem influxit, vel talis
n ea demum redditus est. Omnis
nim humor in parte constrictus,
12) *immobilisq; putrescit*. Ita ete-
im Aristoteles suis *Problemati-*
us, Sect. 14. 7. 4. & Meteor. c. 2.
utret, inquit, *omne, quod quiescit;*
ullo modo, aut minus, quod move-
ur. Nam (13) *per motum fit re-*
rigeratio, veluti de aëre flabello
gitato quotidie experimur, & sic
14) *putredinis causa* impeditur.
fficiens humor dum putrescit,
cutiem, salsedinem, nitrositatem-
ue acquirit, prout materia, & ef-
ciens calidiores erunt, quoniam

quò hæ calidiores extiterint, ec
acutiorem producent qualitatem
cùm ad hanc magis illæ ſint diſſ
poſitæ; unde longè acutus bilio
ſuſque evadit humor, cum cæte
ris ſit calidior, & propterea ex ſui
natura acutus, ſeu acris, Galen. 5
de Uſu Partium. Per humorem
acutum, acrem intelligere debe
mus, ex Galen. ſententia *de Cauſſi*
Morborum 7. qui 4. Simpl. 18. im
ter ſapores nullam de acuto, ſec
tantùm de acri mentionem facit
& ita fit ab Ariſtotele *2. de Anim*
150. imò quæcunque (15) *acri*
ſunt, omnium ſunt calidiſſima. E
quamvis ſapor acidus, & amaru
ſint acres, tamen per excellentiam
iſtud nomen ſolùm calidioribus,
ut eſt piper, & ſinapi, con-
venit.

ANNO

ANNOTATIONES
ad
CAPUT III.

1) AB hac Authoris noſtri definitione non parum differt illa Serini, quando *loc. cit. cap. 13.* Pædarocacen ſuam definit, quòd ſit absesſus corruptorius, ſeu Sphaceliſmus ſis circa articulum in pueris, ex prinis ſpermatis, & menſtrui ſanguinis inuinamentis non repurgatis, per conestionem illapſis, & putrefactis natus. ujus partium rationem hanc dat. Geeris locum *abſceſſum*, à Græcis *apoema* dictum ideo ſuſtinere voluiſse cit, quòd in hoc morbo diſtentam in mnes partes ſubſtantiam videamus. ifferentiam, ſive, quæ hujus loco ſunt, ccidentia propria *corruptoriâ ſpecie*, àque nominatim *oſſis* complectitur, & uidem oſſis non quoad omnes partes, d in ſpeciè circa articulum, ad diſtinctionem aliorum morborum, qui alias ſſis partes, ut ſyphilis, id eſt, lues Verea media oſſa occupare ſolent. Et

quoniam ipsi proprius pueritiæ morbus est, puerorumque articuli potissimùm abscessionem hanc incurrere cõsueverunt, ideo hoc maximè pro diorismo retinuisse,& (*in pueris*) apposuisse scribit. Causas autem quod attinet eas spermatis, & menstrui sanguinis prima non repurgata inquinamenta esse adstruit, modumque generationis (*per congestum*) exprimit. In qua Severini definitione, quam ipse absolutam vocat, tria imprimis non levia dubia occurrunt (1) an ossa tantùm circa articulos,& non etiam circa alias eorundem partes in affectu nostro afficiantur? de quo paulo post. (2) Num ne, quia notanter addit (*in pueris*) in his solis contingat, quem definit morbum, hisque proprius sit, de quo vid. *Annotat. Cap. I. ad num. 26.* (3) in dubium vocatur assignata causa, an perpetua sit, maximè illa, quam menstrui sanguinis inquinamenta non repurgata dicit. Sunt enim cùm Veterum, inter quos ipse etiam Hippocrates est *Libr. de Natura pueri*, nec non *de Carnibus*, tum

Recen-

Recentiorum quoque non pauci Scri-
ptores, ut Claud. de la Courvee, de *Nu-
ritione Fœtus in utero*: Gualter. Char-
leton *Oeconom. Animal. Exercitat. 3.*
Thom. Bartholin. de *Lacteis Thoracicis
c. 19.* Georg. Entius *Apol. pro Circula-
tione Sanguinis*, & imprimis Ant. Deu-
ing. *Dissertat. de Lacte Sect. 4.* alii-
que, qui fœtum in utero menstruo san-
guine nutriri aliquot non contemnen-
dis rationibus, nec infirmis argumentis
negant & pernegant. Quid? quod Har-
æus *de Generatione*, & cum hoc ali-
quot Neoterici receptissimam etiam
ententiam illam, qua menstruus san-
uis, quem fœmina, sicut vir semen
ontribuere dicitur, inter primi con-
eptus, seu conceptionis principia re-
ertur, prorsus repudiare aliquot sic sa-
s plausibilibus phœnomenis ducti
ō vereantur, potissimùm quòd obser-
arunt Authores, concepisse aliquan-
o puellas impuberes, quibus menses
uere nondum cæperunt; nonnun-
uam etiam vetulas, quibus fluere per
tatem jam desierunt; quin & haud ra-

rò illas, quibus iidem longũ tempus antè ſuppreſſi ſubſtiterũt. In his ergo quæſo menſtruus ſanguis generationis principium dici, & eſſe potuit? Menſtruus ergò ſanguis nec ut generationis principium, nec ut Fœtus in utero alimentum quaſi minus purum hîc accuſari, adeoque nec variolarum, nec noſtræ *Spinæ Ventoſitatis* cauſa dici poſſe videtur; uti hoc ipſum pluribus ſatis ponderoſis rationibus Nobiliſſ. D. Scheffer. quoque in ſua de Pædarthrocace ex Variolis Disputatione deducit, utut aliàs Severinum in plerisque ſedulò imitetur. Et ſi vel maximè de variolis hoc concederetur, tamen nondum ſequeretur, *Spinam Ventoſam* à menſtrui ſanguinis impuritate, vel à malè purgatis, vel à ſumma corporis facie intrò relapſis variolis, ut vult Idem Severinus *cap. 14.* perpetuò, nec unquam aliunde ortum ducere, eò quòd nullum eſt dubium, quin *Spinæ Ventoſitas* aliquando prehenderit, & fortaſſis hodienum prehendere & illos quandoque ſoleat, quorum corpora à primo illo

lo nativoq; menſtrui ſanguinis in ipſi
atitante vitio(exhypotheſi loquor)per
ufficientisſimam etiam variolarum e-
uptionem longè antè abundè perpur-
ata ſunt ; id quod vel inde probari
osſet,quia plura apud Authores pro-
tant exempla, quibus conſtat, *Spinæ*
entoſitatem ſæpe ſæpius in adultis et-
am, vel ſaltem pueritiam transgreſſis
ontigiſe, quos variolæ ante ipſius *Spi-*
æ Ventoſæ invaſionem ritè exercue-
int; uti vel inde conjicere licet, quo-
iam hujusmodi exanthemata plerun-
ue pueros,rariùs verò adultos adoriri
olent. Talia autem exempla habent
oſe Severinus *cap. 6.* de lectisſima qua-
am fœmina moniali Mariæ Caraccio-
e nomine; item Joh. Scultetus de no-
ili Studioſo, & Monacho; Joh. Van.
Horne de Illuſtrisſima Domina Baro-
esſa de Merode; G. H. Velſchius de
ive & fœmina, anonymis; D. Lavate-
us apud Schefferum in literis ad D.
auſium de Monaſterii quodam novi-
o, octodecim annorum Juvene D. de
uti dicto ; Nobiliſſ. D. Volcamerus
noſter

noſter apud eundem de alio Juvene cui *Ventoſitatis Spinæ* vitium manus miſerè defœdavit, & contractis undique digitorum articulis ineptas actioni reddidit; tandemque Binningerus de iterum alio ſedecim circiter annorum Juvene &c. Nonne, inquam, credibile, hos variolarum inclementiam longè antè, quàm *Spinæ Ventoſitate* corriperentur, ſuperaſſe? Et quid multis? Si Experientiſſimus Petr. de Marchettis trucem noſtrum affectum ut plurimum ad vigeſimum quintum circiter annum obſervavit; & ſi Clariſſimus Paul. Ammann adultos pariter atque pueros affligere ſolere expreſsè ſtatuit; quî quæſo ex primis ſpermatis, & menſtrui ſanguinis inquinamentis non repurgatis perpetuò natales ducere dici poteſt, cùm ſi vel maximè inquinamenta illa concederemus, ſæpèlongiſſimè ante *Spinæ Ventoſæ* inſultum, & plerunque in pueritia cum variolis & morbillis abſcedere, & ex humano corpuſculo ejici poſſent? Unde ſi hæc Severini *Spinæ Ventoſæ* attributa cauſa,

vera, & perpetua esset, sequere-
r; aut *Spinam Ventosam* semper præ-
dere variolas & morbillos, aut eam
perfectam ac insufficientem exan-
ematum horum, ceu menstrui san-
inis (ex hypothesi iterum loquor)
liquiorum eruptionem necessitatis
adam lege nunquam non, vel certè
ngè frequentiùs sequi debere; quod
men utrunque falsum experientiâ
prehendimus, nisi is qui variolas,
samque *Spinæ Ventositatem* à men-
rui sanguinis labe derivat, nonnun-
uam adeò purum ac immaculatum
m esse contendere voluerit, ut fœ-
i, quem sive constitueret, sive nutri-
t, nil quicquam vitii affricet, quod
l per qualiacunque exanthemata, vel
r *Spinæ* nostræ *Ventositatem* elimi-
ri deberet; sed de quo vicissim, præ-
rquam quod lubrico nitatur fulcro,
paulo ante ostensum est, vehemen-
r dubitatur. Postremò ut omnem
ubitationis eximamus scrupulum,
uas recensebimus historias, quibus
stendemus, *Spinæ Ventositate* hoc
ipso

ipſo die revera laborare, qui variolas longè ante rectiſſimè paſſi ſunt. Puer eſt quatuordecim circiter annorum, Melchior Mergel nomine, Civis noſtratis filius, Xenodochii ad Spiritum S. alumnus. Is jam continuos tres annos cum dimidio *Spinæ Ventoſitate* brachii, & cubiti dextri oſſa, propiè mutuam eorundem articulationem depopulante, miſerabilem in modum excruciatur, cum oſſium illorum manifeſta carie ac exeſione, partis affectæ ſummâ contabeſcentia, & totius corporis cacochymiæ certis ſignis. Hunc variolis & morbillis inprimis ſtatim ætatis ſuæ annis ſufficienter laboraſſe non ſolùm ipſe mihi ſciſcitanti affirmavit; ſed & teſtantur id abundè foveolarum veſtigia. Altera hæc eſt Obſervavi hisce demum diebus cum Experientiſſimo D. D. Johann. Georgio Volcamero, Fautore & Collega noſtro ſuſpiciendo raram affectus noſtri ſpeciem, in puero octo circiter annorum, Wolffgang. Eckhart nomine Piſtoris filio, quæ manus, pedes, dorſum

clavi

claviculas, maxillam duodecim ferè locis lamentabili consensu occupat, miserumque corpusculum jam ultra triennium afflixit, Malo ab una ad alteram serpente, parte, & nunc hîc, nunc ibi nidificante. Hunc quoque puerum variolarum, morbillorumque malitiam efflictim expertum esse, plenam nobis fecere fidem ejus parentes sani, ut videntur, habitus, & variolarum manifesta vestigia. *Spina* ergo *Ventositatis* causa, quam Severinus *loc. cit.* prima spermatis, & menstrui sanguinis inquinamenta non repurgata dixit, annon immeritò in dubium vocetur?

Progrediamur nunc ad alteram Paul. Ammanni sæpe allegat. Disputat. de *Spina Ventosa cap. 2.* Definitionem, quæ certè cùm Morbi essentiam, tum ejusdem accidentia propria curatiùs, quàm vel illa Severini, vel hæc *Pandolphini* nostri exprimere videtur, eoque magis extollenda, quòd ex omnis Medicæ Eruditionis Promo-condo, Hippocrate, non quidem quoad eadem

dem omninò verba, ſecundùm eun-
dem tamen ſenſum, & omnia requiſita
deſumta eſt, & quidem ex ejusdem
Libr. 2. de Morbis Sect. 1. Text. 7. nec
non *Sect. 2. Text. 24.* Habentque ſe
ipſa verba ita: *Spina Ventoſa* eſt abſces-
ſus corruptorius, aut Sphaceliſmus oſ-
ſium, non tantùm circa articulos, ve-
rùm etiam circa omnes alias oſſiũ par-
tes, eorundem ſubſtantiam prius, quàm
perioſteum affligens, adultis pariter at-
que pueris familiaris, ab inflammatione
ortum habens, interdũ cum inſigni, in-
terdũ obtuſo dolore, colore oſſis mu-
tato, nunc cum duritie, nunc mollitie
oſſium, & ſemper cum ſanie tenuiore, ac
liquida apparens. Cujus, ut & ipſius
jamjam examinatæ Severinianæ Defi-
nitionis occaſione illud hic loci discu-
tere dubium animus eſt; num verò
poſſibile ſit, ut in oſſibus talis abſceſſus,
qualis in *Spina Ventoſitate* ſupponitur,
oriri queat? id quod ipſe quoque Seve-
rinus integro *cap. 3.* à quo aliquot vete-
rum dictorum floſculos apum inſtar,
nõdiffitemur, decerpſimus, ſatis prolixè

venti-

ventilat; quem semel proinde hic allegasse sufficiat. Negat autem hoc imprimis, & quantum scio, solus Serapio Arabs *1. Breviarii cap. 20.* hac nixus falsâ hypothesi, ac si in illis solùm partibus, in quibus fit tensio, sive distensio, apostema accidere possit; & è contrario in illis partibus, quæ distensionem in longum, latum & profundum non recipiunt, sub quem censum cerebrum, quia frigidum & currens, nec non os, quia similiter frigidum, siccum & valdè durum est, refert, apostema suscitari impossibile sit. Sed quam Serapionis erroneam opinionem Princeps Avicennas *Fen. 1. Libr. 3. Tract. 3. cap. 1.* hoc ferè sensu refutat, quòd cerebrum utique extendatur, sive distensionem recipiat, adeoque & apostemati obnoxium sit; cujus duo elegantia exempla vide sis unum apud Greg. Horstium *Oper. Med. Tom. 2. Libr. 7. cap. 14.* alterum in *Cista Medica* Hornungii *Epist. Med. Libr. 1. Sect. 17.* Ossa verò apostemari, ratione & experientiâ, quin & Authorum testimoniis evinci potest

Ratio-

Rationem Idem Avicennas *Fen 7. Libr. 3. cap. 1.* hanc dat, quia omne quod nutritur, etiam extenditur, & nutrimenti appositione augmentatur, & quod extenditur augmentaturque: cum superfluitate, apostema quoque patitur. Atqui ossa & nutriuntur ut *Annotat. ad Cap. 1. num. 16.* probatum dedimus, hincque extenduntur & augmentantur; Ergo etiam si nutrimentum superfluum in iis deponitur, ipsaque ritè illi concoquendo imparia sunt, abscessum ea pati necesse est; cum qua illa Joh. Langii ratio ad amussim convenit, *Epistol. Med. 42. L. 1.* ita ratiocinantis: Quicquid nutritur, crescit, augmentatur, aut influxus recipit, id quoque putrescit aliquando, & apostematur. At ossa per omne ætatis tempus nutriuntur & reficiuntur. Proinde apostemate quoque distendi possunt. Experientiam quod attinet, confirmat Idé Avicennas ibidem ossa abscessibus quandoque tentari, exemplo dentium, quibus Apostematum species nonnunquam accidere, jam dictâ ratione patefacit,

cit, quia nempe iidem ſæpe recipiunt
xtenſionem cum ſuperflui nutrimen-
augmento, adeo ut virides inde fi-
nt, ac denigrentur, quod non con-
ngeret, niſi reciperent materias ſu-
erfluas penetrantes in eos, eosque au-
mentantes. Atque hæc ipſa Princi-
is Ebn Sinæ verba ex ipſo Galeno tra-
ucta videntur, qui *Libr. 5. de Compoſ.*
edicam. ſec. loc. cap. 4. circa medium,
dentes, inquit, lividi per omnem ſu-
m ſubſtantiam facti apparent, nil mi-
am, ipſos inflammationi ſimile quid
ati, additque poſt hæc, redundantiam
umorum conſimilem in dentibus af-
ctionem concitare poſſe, qualis eſt
rca carnoſas partes inflammatio. In-
ammatio autem tumoris ſpecies eſt,
x qua tandem abſceſſus fieri poteſt. In
entibus ergo ſi abſceſſus gigni poteſt,
uid ni poſſit etiam in aliis oſſibus? Et
oteſt etiam in aliis oſſibus. En obſer-
ationes! Avenzoar *Libr. 2. Theiſir.*
ract. 6. cap. 15. refert, Patrem ſuum os
aulo tantùm mollius, quàm naturale
ominis cujusdam dorſo inſtar cornu

con-

concretum excusſisſe catharticis crassos humores expellentibus, & exteriuss exſiccantibus medicamentis. Narratque idem, ſe ipſum natum ſibimet ſuper dorſum os graviter moleſtum crassa vacuantibus pharmacis,& emplaſtriss diſſolutivis ademiſſe: qualem oſſiumm tumorem & mihi cum Clariſſ. D. Vollcamero noſtro cornu non malè referentem in medio vertebrarum extuberantem duorum ferè pugillorumm magnitudine in ſupra nominato Piſtoris illo filio videre contigit. Ita Johh Philipp. Ingraſſias quoque apprimee huc facientem *Tractat. de Tumoribuu* habet hiſtoriam in Neapolitano Incurabilium Noſodochio à ſe diſſecti cadaveris, in quo Syphilide, ſive Venere lue alioqui commortuo pectoris, jugu liſque, & aliquot coſtarum oſſa inſignii bus tumoribus exaltata reperta ſunt quibus ſubinde ruptis, apertisq;, purri graviter olentis nonnulla portio maa navit, quo demum ex hauſto patulus & cavus oſſis ſinus apparuit. Et ipſe dii vus ſenex præter plurima huc ſpectan

tii

tia exempla, quæ *Epidem. Libr. 4. 5. 7.* reliquit, hoc ſinguiare habet, quo os ſacrum empyemate (quod abſceſſus plerunque præcedit) computruiſſe teſtatur; viditque ſuis oculis eruditè doctus Joh. Langius *loc. cit.* ejusdem oſſis ſacri putredine, & incredibili doloris tyrannide, duos ſpectatæ probitatis viros, N. Wurmhauſer in Neoburgo, & alterum Joh. Caſtnerum efflictim, & diu maceratos tandem contabuiſſe, & mortuos eſſe. Hæc, abſceſſibus oſſa quoque obnoxia eſſe, abundè teſtantia exempla ſi cui nondum ſufficiunt, ille cum his conferat, quæ ad *n. 3.* hujus *cap.* icta inſuper reperiet, ſententiæ noſtræ adhuc majorem argumenti lucem, uti confido, fœneratura. Nunc, ne longiùs hîc evagemur, unam ſaltem adhuc hiſtoriam oſſis abſceſſum ſpeciatim in *Cubina Ventoſa* comprobantem, quæ innumerar plurium eſſe poteſt, non poſſumus quin ex Politiſſimo Joh. van Horne *Microtechn. Sect. 2. Part. 1. p. m. 185.* ingram huc tranſcribere. Ante quindecim (ſunt ejus ipſa verba) præter-

propter menſes accidit hic caſus, (*Spinam Ventoſam* intellige) in Illuſtriſſima quadam Domina Baroneſſa de Merode, de quo varia fuerunt Medicorum judicia; ego autem, eodem conſpecto, protinus judicavi eundem eſſe, quem aliàs videram Neapoli apud Clariſſimum Severinum, & quem ipſe depinxit *pag. 467*. Operis aliquoties jam recenſiti. Quapropter cum juxta conſilium Argillatæ non poſſet os morboſum removeri, neceſſe fuit ad ultimam anchoram, amputationem ſcilicet tibiæ nos procedere. Qualis autem oſſis ipſius conſtitutio nobis poſtea per Anatomen innotuerit, addere nor gravabor. Remotâ cute, quæ admo dum erat propter extenſionem atte nuata, invenimus tendines muscul rum peroneorum, ut & maximum tem dinem, qui calcaneo affixus eſt, & crai ſitiem naturaliter inſignem obtinet, in ſtar chartæ alicujus tenuem: ſolu calcis os erat affectum, atque in magn tudinem inſignem adauctum, ut libr unius cum dimidia pondus æquare

Non solùm autem porosum redditum erat, sed pori illi erant repleti materiâ cartilagineâ, qualis quoque cartilago extrinsecus os ambiebat, & cartilagini calloſa materia desuper erat adnata. Hactenus van Horne. Quid insignem illam ossis calcis magnitudinem cum cartilagine extrinsecus id ambiente, & callosâ materiâ desuper adnatâ aliud significare credamus, quàm suppuratorium ossis tumorem, quem abscessum vulgò nominamus? Cujus simile quid, nullus dubito, nunquam non reperiremus, si in *Spina Ventosa* emarcida ossa semper inquirere liceret. Hujusmodi plurima exempla per integrum hunc Tractatulum passim occurrent; quibus addantur & illa, quæ habet D. Alardus Hermann. Cummenus *Miscellan. Curiosor. Medico-Physic. Academ. Natur. Curios. Ann. Tert. Obs. 112.* inscripta *de Abscessu Ossium*, itemque oppidò rara illa ingentis illius carioſi ossis abscessus observatio apud Paræum *lib. 9. c. 20. p. m. 295.* Advocemus ergo tandem Authorum etiam

teſtimonia, quibus quidem quanquam minus opus eſſe videri poſſit, per rationem quippe & experientiam jamjam ſatis fundatâ de oſſium abſceſſu hypotheſi noſtrâ; ne tamen quicquam argumentorum deſideretur, & illa ex Authorum monumentis eruta ſubnectere placuit. Quos inter Cous ille ſenex primas jure tenet, qui non ſolùm *lib. 4. Epidem.* in hiſtoria ſenis, qui in lapideis veſtibulis habitabat, conceptis verbis oſſis ſuppurationem teſtatus eſt; ſed & pluribus fortaſſis, præcipuè verò ſupra allegatis locis idem docet, quod vel ex his Galeni verbis *Comment. in Aphoriſm. Sect. 7. 54.* conſtat; ſolers, inquientis, natura ſi robuſta fuerit excernendis ſuperfluitatibus, etiamſi craſſæ fuerint, per anguſta foramina meatus parat, quando etiam per oſſa abſceſſus fieri Hippocrates docuerit. Ipſe autem Galenus præter jamjam & paulò ſuperiùs allegata loca idem etiam *libr. 6. de Uſu Partium cap. 3.* loquitur, ubi nulla, ait, ſubſtantia adeò dura eſt, ut ſicut alitur, non poſſit etiam augeri

præter

præter naturam (id est tumorem, indeque oriundum abscessum admittere) ita ut ossibus id quoque usu veniat; nec non *lib. 6. Meth. c. 5.* ubi profitetur τὸ ἀναλογόντι τῇ φλεγμονῇ, hoc est, inflammationi quid proportionale perpeti ossa, quod de abscessu corruptorio, sive eorundem sphacelismo non malè intelligi potest; uti hoc significantiùs exponit Avicennas *lib. 1. Fen. 2. Doctr. 1. cap. 1.* ubi paulò pòst initium, apostemata quidem, ait, membris accidunt mollibus; sed est etiam, cùm ossibus accidit res, quæ (nota!) *apostemati* similatur, per quam ejus incrassatur magnitudo, & ejus augmentatur humiditas. A quorum Authorum sententia non adeò dissentit Paræus, Celebris ille Parisiensis Chirurgus, *Oper. Chirurg. lib. 18. cap. 26.* qui ossa iisdem omnino morbis obnoxia pronunciat, quibus caro subjecta est; prorsus ad Galeni mentem, citante ipsum eodem Paræo ibidem *lib. 11. cap. 12. libr. de Tumor. p. n.* ubi omnia, inquit, quæ in carnem, eadem quoque in ossa cadunt affectio-

fectionum genera. Ergo & abſceſſus. Cui ſuccenturietur ſæpè laudatus, nec unquam ſatis laudandus Joh. Langius, qui quidem integrâ *alleg. Epiſtol.* nullibi autem huic noſtro propoſito magis perſpicuè favet, quàm dum plerosque Medicos ignorare ſcribit, oſſa quantumvis ſolida, quaſi *phlegmone*, & *apoſtemate* quoque corripi poſſe. Ultimum, ne longiùs ſermonem hunc protrahamus, non inelegans teſtimonium Ludovicus Duretus nobis ſuggerat. Iss dens, inquit, acerrimi ſenſus os, quodd tantum atteritur, quantum molendo mandit, ac tamdiu creſcit, quoad quii eſcit, omnium affectionum capax, o mnibusque morbificarum cauſarum telis expoſitum, quibus & caro ipſa eſſt nec cum minori perceptione rei mo leſtæ, unde ſucceſſionis doloribus cru ciatur. In eo ſymptomata conſpicii untur omnia, intemperiei, *phlegmones* continuitatis, & contiguitatis emotæ Hæc, iterum quæro, in dentibus ſi fie poſſunt, cur non æquè poſſint in alii quoque oſſibus, illis minus duris ? I

poſſ

posse sanè, sufficienter hactenus ostensum puto, eoque fusiùs, quòd ceu fundamento hoc tota tractatio nostra suffulcitur. Liquet itaque ex his, ut concludamus, non solùm generaliter in multis aliis p. n. affectibus, sed & privatim in *Spinæ Ventositate* ossa utique corrumpi, corrodi, depasci, intemperie suffundi, in tumorem attolli, dissilire, verbo, abscessu, apostemate, seu suppuratorio tumore pari ratione prehendi posse, quâ vulgari abscessu carnosæ partes exerceri solent.

(2) Intemperies in Authoris nostri definitione abundanter addita, & jam sub tumore comprehensa nobis videtur. Nullus enim p. n. tumor nec fingi quidem, nostrâ sententiâ, potest, qui non intemperiem qualem qualem etiam simul conjunctam habeat.

(3) *Ventositatis Spinæ subjectum*, sive primariò affectam partem *os* in genere, & sine restrictione hîc quidem *Pandolphinus* noster constituit : sed cum quo non omnes consentiunt. Tantum enim abest, ut sæpè nomina-

tus M. A. Severinus os generaliori sensu, & promiscuè sumtum accipi heic velit, ut potiùs inter tres illas vulgares ossis partes, non nisi extremam, & præcipuè epiphysin, quâ os ossi adnascitur & coarticulatur, nec tamen iterum cujuslibet, sed specialissimè longorum articulorum apprehendere propriè debere, & ferè semper revera apprehendere prædictum Vitium *cap. 4. & 11. p. 302.* statuat; idque, quam addit, ex hac ratione, quia partim illæ extremæ ossium circa articulos partes, mollissimæ, maximè succulentæ, & spongiosæ, adeoque propter raram hanc structuram ab arteriolis advenientibus succis suscipiendis accommodatiores sunt; partim quia eædem continuo motu laxæ ac imbecilles redditæ humores repellere, & à se amoliri minùs valent. Cujus sententiæ nemo propius accedere videtur, quàm Petrus de Marchettis, qui *loc. cit.* similiter Morbi nostri affectum locum semper articulos, nunquam verò primariò internodia esse, hæcque si aliquando corrum-

rumpantur, id fieri tantùm ratione ſympathiæ contendit. Cæteri verò, quotquot ſævi hujus Monſtri mentionem faciunt, nullum ſpeciale ejus ſubjectum determinant, ſed generali conceptu *os* pro eo venditant; niſi quòd è Veteribus Joh. de Vigo *Pract. lib. 9. cap. 34.* malam hanc diſpoſitionem in quacunque quidem corporis parte evenire poſſe; plerunque tamen crurium & brachiorum oſſibus contingere ſolere ſcribat; & è Recentioribus Beat. Guerner. Rolfinckius, ille de Republ. Medica Meritiſſimus Vir *Diſſertat. Anatomic. l. 2. cap. 47.* affectum ab Arabum interpretibus *Spinam Ventoſam* dictum, omnibus quidem oſſibus eſſe communem, præcipuè tamen in oſſibus carpi & tarſi occurrere dicat; ad Dominici, Petri de Marchettis non degeneris Filii, mentem, qui Anatomiæ ſuæ *pag. 239. Spinam Ventoſam* propriam vult eſſe oſſibus carpi. In hac ergo Authorum discrepantia, eò incertiores ſumus, cui præcipuè aſſenſum accommodemus, quò diverſæ

hinc inde notatæ obſervationes magis dubios nos tenent atque ſuſpenſos. Qui omnia omnino oſſa non tantùm circa articulos, verùm etiam circa omnes alias eorum partes affectionis noſtræ tyrannidi ſubjecta eſſe, ſuſtinere conantur, illi ad experientiam, & ſingulares caſus provocant, inde patrocinium ſibi ſpondentes, quod imprimis parare videtur Nobiliſſimus D. Paull. Ammann, Lipſienſis Profeſſor, ejusque allegatæ *Diſputationis*, Reſpondens, Theodor. Olitſch, Hamburgo-Saxo. *cap. 2. §. 4.* quando non ſolùm egregia illa exempla, de variolis quidem propriè loquentia, huc tamen non malè quadrantia, & Severini atque D. Schefferi ipſiſſimam Pædarthrocacen conſtituentia, quibus Ambroſ. Paræus *Oper. Chirurg. lib. 19. cap. 1.* benè multa oſſa, ut ſternum, humerorum, cubiti, carpi, genu, & pedum dearticulationes; brachii item oſſium epiphyſes, & homoplatæ capitulum abſceſſu in iis nato, ab edaci & virulenta materiâ laniata, arroſa, corrupta; quin etiam ob-

ortâ

ortâ hyperſarcoſi in meatu tum narium, tum aurium, alios olfaciendi, audiendi alios ſenſum inde amiſiſſe obſervavit, pro ſe allegant; Verùm etiam ibidem partim illam C. Hoffmanni *Inſtit. Med. lib. 3. cap. 154. p. m. 533.* obſervationem in ſuas partes rapiunt, qui in Sceleto pueri totam compagem oſſium, pelvim conſtituentium, tam foraminulentam, quàm ullum potuit eſſe lignum carioſum, vel putridum, vidit; partim etiam propriâ experientiâ annotatos caſus ſubnectunt, ut, quòd jam relatæ Hoffmanni quæ Obſervationi ſimile quid, in cranio cujusdam decollati, Lipſiæ Anno 1659. in Theatro Anatomico viſum; itemque in Adoleſcente 18. annorum multos annos in Lipſienſi Noſocomio commorato proceſſus alares externi, & interni, ipſeque fermè naſus cariosâ abſceſſione corrupti notati fuerint: nec non quòd in ſcorbuticis etiam talia *Spinæ Ventoſæ* exempla dentur, talesque carioſos abſceſſus in maxilla inferiore Nobilem quendam G. L. v. L. Anno 1660. per-

pessum fuisse,ex Amici cujusdam communicatione sibi constet ; & tandem quòd recordentur, dentium atque superioris maxillæ sphacelismo Viri cujusdam maximè Reverendi filiolam Lipsiæ correptam esse. Privatis his historiis, quibus probare satagunt, corrumpi posse quælibet indifferenter ossa, *Spinæq; Ventositati* obnoxia esse, & nos plures alias consimiles, si idem agere animus esset, subnectere possemus. Sufficiat autem exstantiores saltem ex Authorum monumentis eruisse,& præter illas jam suprà ad *num. 1.* memoratas,cum his conjungendas, alias insuper breviter hîc exhibuisse. Petrus de Argillata *Chirurg.lib.5.Tractat.22.cap.2.* multos quidem in substantia ossis obviæ corruptionis casus vidisse simul & curasse, in specie autem totum unum focile (ita Barbari ulnam & radium, & quidem illam focile majus, hunc verò focile minus vocarunt) removisse, & factâ aperturâ totum focile putrefactum deprehendisse testatur. Severinus *c.6.p.m.297.*

Mariæ

Mariæ Caracciolæ diuturnam cariem, quam ad *Spinæ Ventoſitatem* articulatim refert, in malleolo; nec non in oſſe maxillæ ſupremo,& circa nodos pectoris, coſtarumque *cap. 16. p. 309.* in Bibliopolæ cujusdam filia curavit; memi-nitque *cap. 18. p. 311.* itemque *cap. 21. p. 316.* ex Galen. *Libr 7. de Anatomic. Adminiſtrat. cap. 13.* Marylli cujusdam pueri, cui pectoris os corruptum erat; & porro *cap. 19.* in Thoma Andriolo Barolita, & adhuc alio nomine non comperto os mediæ tibiæ tumore tentatum vidit; inque Franciſco Ciceone Averſano oſſium tumores ſecundum anteriorem thoracem, hisq; non abſimiles in plerisq; corporis partibus in puella notavit; & tandemin D. M. Antonii, Excellentiſſimi Principis Maydenſium filio abſceſſus in cubitis, labefactatâ horum articulatione, aliumque capitis ſubcutaneum in puella quadrimâ obſervavit; ut ſilentio præteream, quas Idem Severinus de Oſſis jugalis carie in Joh. Dominic. Mammolo, ex verticis oſſe labefactato, cancroſo-

que affectu in Aurelia de Ligurio *cap.*
32. de Recondit. Abscess. Natur. Libr. 4.
nec non de cornu in frontis angulo
suborto in Carolo Sartore ibidem *c. 25.*
itemq; de gangrænosis ossium abscessi-
bus *cap. 8.* & de Exostosi *cap. 9. §. 4.* & de-
nique de osseo ad bregma tuberculo
in vestali fœmina *cap. 13.* inque horri-
do illo Venereâ lue teterrimè devastato
cit. Libr. cap. 23. §. 8. p. 250. depicto
monstro de nodosa veluti subsaltantiss
ossis frontis protuberantia, selectissi-
mas & propriâ experientiâ notatas ha-
bet observationes; cui postremæ simil-
lima est illa, quâ constat, illud tubercu-
lis undique refertum & quasi totum
tuberosum cranium, quod in Illustriss
hujus Noribergensis Reipubl. publica
florentissima Bibliotheca benè multos
jam annos memoriæ ergo asservatur,
eodem abominando Venereo malo ex-
tincti hominis cranium esse; quale
lue Venerea itidem quasi totum tube-
rosum, & ferè usque ad diploea exesum
caput Heurnius quoque *Commentar.*
in Aph. Hippoc. 2 S. 7. vidit. Et has o
mnes hactenus recensitas Observatio-
nes

nes, vel de ipsa *Spina Ventosa*, vel certè de affectu ad illius naturam quàm proximè accedente rectè intelligeret D. Ammann. Severinus autem non item; quorum quippe hic Pædarthrocacen strictissimo; ille verò *Spinam Ventosam* latiori sensu nobiscum accipit. Quæ verò nunc sequentur observationes, itidem quidem varium *Pandolphini* & nostri affectus subjectum testentur, sed quas illi annotarunt, qui eas propriè & unicè ad *Spinæ Ventositatem* referunt, ideo à nobis adducendas, quò inde in faciliorem genuini subjecti cognitionem provehi queamus. Quanquam autem ipse Author noster cùm *cap. 3.* tum etiam 5. indifferenter, & nullâ additâ exceptione in genere *os Ventositatis Spinæ* subjectum, ut dictum, constituat, tamen *c. 4.* aliqua ossa in specie nominat, indigitaturus procul dubio, ea præ cæteris ulcerosæ huic ossium affectioni, ut Joh. Langio appellare placuit, subjecta esse; suntque ipsi minus carne præditæ partes, atque imbecilliores, veluti articuli, pectus, verte-

vertebræ, cranium &c. non secus ac Guern. Rolfincius, qui quantumvis loc. novissimè alleg. *Spinæ Ventositatem*, ut suprà relatum, in ossibus carpi & tarsi præcipuè occurrere statuat; (cujusmodi egregium protypum in utriusque manus carpis, & amborum pedum tarsis, in decennali circiter puero, ab hinc quasi sexennio, Patavii ipse vidi) tantum tamen abest, ut aliis quibuscunque ossibus eam deneget, ut potius talem semet ipsum in sterno, ossibus humeri, cubiti prope epiphyses, & circa dorsi Spinam observasse profiteatur. Imò quot singulares hinc inde reperiuntur observationes, tot ferè diversa inde resultant subjecta, sive partes nostri affectus affectæ. Præter enim jam indicatas osseas corporis humani partes, quas *Spinæ Ventositatem* obsedisse compertum est, præterque hactenus adductas observationes vidit eam Joh. Scultetus in vola manus sinistræ, metacarpi, nec non ejusdem manus pollicis, ossa depavisse: vidit Joh. Van. Horne & G. H. Velschius pedes, calcanei, &c

me

metatarsi ossibus corruptis, itemque digitum absumpsisse: vidit eandem Bingerus metatarsi similiter, & digitorũ edis ossa labefactasse: vidit D. Lavateus, eam femur exedisse: vidit D. Schefer in infante duorum præterpropter nnorũ, articulos in vola manus, & pedis, nec non brachii, & tibiæ ossa inasisse locc. citt. Conf. *Annotat.* ad *ap. VI. num. 5.* viderunt tandem forasis alii quoque adhuc alia disperisse ossa. Atque ex his omnibus lonâ serie usque huc in medium productis observationibus quamvis nondum erti, & indubitati quid de *Ventositatis pinæ* subjecto præ ingenti ejus varietate concludere liceat ; hoc tamen aud' difficulter colligi inde posse videtur, Petrum, & Dominicum de Marhettis, & præcipuè Severinum, anustioribus, quàm par est, cancellis inlusisse Morbum; adeò ut, si nostra tanem sententia subdenda esset, cum Aabum interpretibus *subjectum Ventositatis Spinæ os in genere*, nullâ ejus ertâ expressâ specie, faceremus; non tamen

tamen interim negato, articulos cùm
ſtrictè pro oſſibus humeri , cubiti &
manus infernæ, itemque femoris, ti-
biæ, & pedis inferioris; tum latè pro
ſcapulæ,& claviculæ,nec non innomi
natis oſſibus ſumtos, & quidem ma
ximè circa extremitates , & epiphy
ſes (ubi nempe molliores, ſpongio
ſiores, recipiendisque humiditatibu
aptiores plerumque eſſe ſolent) fre
quentius ſimul ac promptiùs *Spin*
Ventoſitate affici ſolere & pos
ſe. Quam de generaliori illo conſti
tuto ſubjecto ſententiam noſtram hi
obſignamus rationibus (1) quia nec A
vicen as,nec Rhaſes,nec Argillata,nec
Florentinus , nec Manardus, nec Ma
rianus Sanctus , nec denique Ni
Maſſa, qui primi *Spinæ Ventoſitatis* de
ſcriptionem tradiderunt, quosque pro
pterea jure ſequi decet, certam oſſi
ſpeciem determinarunt, aut unum a
teri prætulerunt. (2) quia ex memo
ratis ſingularibus hiſtoriis conſtat, ea
non perpetuò articulos, ſed quandoque
que, imò æquè ſtequenter & alias co
ſes

is partes affligere ſolere; quemadmo-
am ipſe Severinus quaſi præterito-
m dictorum ſuorum immemor, Pæ-
rthrocacen ſuam, ut paulo ſuprà
divimus, in oſſe malæ ſupremo, &
rca nodos pectoris, coſtarumque
bſervaſſe fatetur. Quî ergo ſolis ar-
culis contingere ſcribere potuit?
) quia nullum os tam ſolidum, tam
ue compactum eſt, quod per poros
inconſpicuos meatus alimentum
on admitteret, & ex hujus vitio un-
ecunque orto labem contrahere, Ma-
que noſtri ſubjectum fieri non pos-
et. (4) Quia gummata Gallica cum
ſſis corruptione, & *Spinæ Ventoſitas*
eſte Joh. Vigone *loc. cit.* ipſoque Se-
erino *cap. 9.* vel eosdem prorſus, vel
ertè admodum ſimiles inter ſe af-
ectus conſtituunt; illa autem cranium
otiſſimum, & mediam oſſis tibiæ par-
em infeſtant, non obſcuro argumen-
o, eadem hæc membra noſtro quo-
que Malo obnoxia eſſe, contrà quàm
entiunt Marchetti & Severinus. Et
æc de ſubjecto.

(4) Pro-

(4) Progredimur ad *Cauſam*, pe
quam vel proximam, ſi nempe per hu
mores, quos Author generali nomin
corrumpentes vocat, in affecta part
jam hærentes, actuque morbum effi
cientes, vel remotam intelligere pos
ſumus, ſi per eosdem humores no
niſi potentiâ ad affectum noſtrum cau
ſandum exiſtentes intelligamus. Pe
corrumpentes autem illos humore
quid intelligat Pandolphinus noſte
ſpecialius paulò inferiùs ipſe explicat
à quo cæteri Authores noſtri parum
aut nihil, & vel ſolâ aliâ atque ali
nominum impoſitione diſſentiunt. A
vicennas enim, & Nicol. Florentinu
loc. cit. humorem acutum ac mordi
cativum accuſant; Pandolphinus et
iam Joh. de Vigo materiam, ſive hu
morem corruptum, & venenatum ir
fert; Pandolphinus ſimiliter. Joh. Phi
lipp. Ingraſſias in *Commentar. de O*
ſibus cap. 1. ſub. fin. halituoſam, l
vemque materiam poſuit; Pandolph
nus *cap. 4.* itidem. Severinus *cap. 1.*
putres ſanguinis ichores, vel *cap. 1.*
ſemi

emiputres, & alienos humores, nec
on Joh. Langius purulentos & acres
heumatum, ſive, ut alio vocat no-
nine, putrilaginis ichores in oſſium
avernis coacervatos agnoſcit; ſic
uoque Pandolpinus. Quod Petrus
e Marchettis putreſcentem, & acrio-
em redditam pituitam vocat, id Pan-
olphinus aquoſum appellat phlegma.
Quem Guerner. Rolfinckius *Diſſertat. Anatomic. Libr. 2. cap. 4.* humorem
ubtilem & virulentum in poroſita-
es oſſium penetrantem adducit, eum
enuem & virulentum dicit Pandol-
hinus. D. Mœbius atque Götſius, nec
non Barbette in acres atque ſalinos
umores culpam rejiciunt; prorſus ut
Pandolphinus. Et tandem (cæteri e-
im nullius ſpecialioris cauſantis hu-
noris mentionem faciunt) D. Paul.
Ammann. *cit. Diſputat. cap. 2. §. 9. &*
0. ſerum corruptum, & quidem acri-
us vel acidius à lymphâ vel aliunde
profectum, tanquam cauſam, *Spinæ Ven*
oſitatem producere aptam natam in-
imulat; non ſecus ac Pandolphinus,
qui

qui idem per ſeroſitatem, humoremq[ue] ſalſum, & nitroſum intelligit: quæ de re infrà fortaſſis prolixiùs. Nunc hoc ſolùm addere juvabit, illos proprius veritatis metam attingere, qui causam hanc in ſubtiles, tenues, acres, ſalſos & ichoroſos, ceu penetrantiores; longiùs verò ab eâ aberrare nonnobis videri, qui eandem in phlegma aut pituitam, aliosve craſſiores humores, ceu oſſa ab intra perforare, aut inflammare minus aptos rejiciunt.

(5) Hoc Pandolphini *Ventoſitatis Spinæ* genus nihil differt ab illo Severini, aut Ammanni, aut Götſii, (cujus definitionem vid. *Annotat. ad Cap. VI. num. 1.*) niſi quòd latiùs non nihil pateat. Omnis enim corruptorius abſceſſus, aut ſphaceliſmus oſſis, ejusdem corruptionem neceſſario ſubcontinet, includit, ac præſupponit.

(6) Per corruptionem habituatam intellige perfectam, conſummatam, totalem, atque jam factam:

(7) Per illam verò in habitudine exiſtere

xiſtentem, incipientem, imperfectam emumque fientem.

(8) Hæc oſſis corruptio cum ejusem ſubſtantiæ amiſſione habituata eſt, iciturque

(9) Τερηδὼν à ſimilitudine. Quemdmodum enim teredo, vermis, lignum exeſt, arrodit, & perforat; ſic uoque in *teredine*, morbo, purulenti, & acres rhevmatum ichores, in osium poris coacervati, ſuâ acredine osa corradunt. Eſtque, definitore Galeno *Libell. de Definit.* nihil aliud, quàm à corruptione putrida oſſium perforatio, ab accidente roſionum, quaſi terebra, vel trepanum dicta. Et nunc ipſum vitiati oſſis morbum, ut ſupra *Annotat.* ad *Cap. I. num. 11.* dictum, Joh. Langio *Libr. 1. Epiſtol. Med. 42. p. 206.* nec non ipſo etiam Severino *cap. 14. pag. 306.* teſtibus, *Spinæ Ventoſitatem* appellavit Avicennas, adeo, ut hanc inter & Græcorum teredinem nulla alia, quàm nominis intercedat diverſitas.

(10) Oſſis hæc corruptio, quæ ſine

ne ejus ſubſtantiæ eroſione, aut amiſſ
ſione contingit, in habitudine exiſtens
ſive habitualis & incipiens tantùm
eſt, quæ, ſi aliquandiu duraverit, tem
pore demum habituata, perfecta, &
conſummata fieri plerunque ſolet.

(11) *Virulentus* hic *humor*, vel ta
lis in affecta demum parte fit, dum
ſuccus alibilis quaſi compedibus in ea
vinctus, immobilisque ſtagnans, acce
dente ipſius partis debilitate, non ni
tè concoquitur, nec, ut *Annotat. cap.*
I. num. 15. dictum, aſſimilatur, ſed
putreſcit, & putreſcendo acrior ichi
roſiorque redditur, atque adeo tan
dem malignam ac virulentam natu
ram induit; (conf. quæ in ipſo text
cap. 4. ſub fin. habentur) vel talis an
te erat, quàm patientem partem ſub
vit, ubi non incongruè quæri hîc lo
poteſt, quæ cauſa ſit, quòd virulentu
hicce humor aliis corporis noſtri pa
tibus maximam partem intactis, oss
bus ſolùm imprimis ſit infeſtus, tam
que ſubdolè iis inſidietur? Cui c
rioſæ non minus, quàm nobili qua
ſtio

ſtioni tali reſponſo obviam it Severinus *cap. 9. p. 300.* dicendo, quòd omnes carnes, & ad hanc naturam accedentes aliæ partes maximè ſe tuentur, ut alienum à ſe vitioſumque ſuccum, quoad ejus fieri licet, vel concoquant, & commoderentur, vel abjiciant; ſecus ac oſſa, quæ, quia inter omnes corporis partes debiliſſimæ ſunt, maximeque exangues, & frigidiſſimæ, ideò id, quod carnes rejecerant, ipſa in ſe recipiant. Cui non poſſumus non ſuffragari, addendo præterea & hoc, quòd, quia virulentus hic humor in ſumma ac ferè indicibili tenuitate, ſimul ac ichoroſitate conſiſtit, ideò carnes, hisque ſimiles molliores, raras, magisque penetrabiles partes præter-vel transire; in oſſibus autem ceu ſolidioribus, maximeque compactis, & tranſitum minus concedentibus partibus figi demum, & commorari cogi videatur; non adeò abſimili ratione, ac fulmen dura ac ſolida corpora, ut quercus, ſæpeque gladium inactâ vaginâ, lædere ſolet, quia per hæc

dum fulmen transitum quærit, non
autem invenit, hincque morari in iii
cogitur, ea lædit : secus atque rara &
pervia, quippe quæ quia transitum fu
mini facilè concedunt, ideò fulmen
protinus ea transit, citiusque penetra
quàm lædere possit. Atque hæ illæ
suntrationes, quas probabiliter da
hîc posse cum Severino *Annotat. ca*
I. num. 14. credidimus, quò minùs,
solam occultam quandam antipath
am, inter humorem *Spinæ Ventosiit*
tem producere aptum natum, atq
ossa intercedentem, confugere op
habeamus ; quibus ejusdem Sever
cap. 12. quod integrum huc facit,
stremam, ceu validiorem nobis visa
idem problema nostrum non mii
affirmantem, cumque illa, ex *cap*
jamjam à nobis allatâ egregiè com
nientem rationem meritò subnec
mus. Nimirum omnes corporis
stri partes, ait ille, quò robustio
sunt, calidioresque, & sanguine ins
ctiores, eò faciliùs promtiusque à se
pellunt advenientes noxas, &

trà: Atqui ossa partes omnium debilissimæ, & maximè imbecilles, (quia frigidissimæ, & admodum exangues) ideoque incursus alienorum humorum repellere minus potentes sunt. Non mirum ergo, in ossibus excrementa à singulis œconomiæ nostræ partibus rejecta, cùm ipsa ampliùs remittere non valeant, congeri, inque iis, quia excrementa illa putrida sunt, & virulenta, corruptionis & alienationis vitium magis excitari, ipsamque *Spinæ Ventositatem* promtius progigni, quàm in ullis aliis corporis nostri partibus. Cui tandem ex ejusdem Severini *cap. 7.* accedit, quod mala materia ad articulos præcipuè ideo transmittatur, inque iis deponatur, quia sagax natura malum humorem studet, quo potest, commodè transmittere; in nullam autem partem potest incolumius, & salubrius, ob paulo antè audidas rationes, quàm in articulos. Quibus adjunge quæ ipse Pandolphinus habet *cap. 5. num. 27.*

(12) Repete quæ dicta sunt *Annot. ad Cap. II. num 21.*

(13) Aliàs motu pleraque incalescere potiùs, quàm frigescere, quam plurimis phænomenis acutiores ostendunt Philosophi, testaturque ipsa quotidiana experientia, & infinitorum penè exemplorum inductio.

(14) Causas putredinis, quæ ab Aristotele *libr. 4. Meteor. cap 1.* per privii & nativi caloris in unoquoque humido sustentati corruptionem à calore quodam extraneo ortam, definitur Galenus *1. de Different. Febrium cap. 3.* ut & *libr. de Causis Morborum, c.* quinque numerat, quas inter quæ ἀδιαπνευστία, seu prohibita transpiratio primas jure obtinet; hæc verò à moderati motus defectu haud infrequenter accelerari solet, sequitur, ejusdem quoque motus decens moderamen putredinis causam arcere non immeritò dici posse.

(15) Ita omninò est. Calida sunt omnia propriè dicta acria, quia ex tenui materia ab igneo calore attenuata

constant, adeò, ut ex majore, minoréve cujuscunque rei acrimoniâ, majorem, vel minorem ejusdem calorem colligere; vel, quod idem est, ex acrimoniæ diversitate caloris quoque gradus explorare liceat. Vid. Hermannus Grube *de Modo Simplicium Medicamentorum Facultates cognoscendi Articul. 5 Sect. 4.*

CAPUT IV.

De hujus Morbi Generatione.

1) GEneratur *Morbus sævissimus* iste in (2) *mollioribus corporibus*, ut puerorum, ac mulierum, in (3) *partibusq; minus carne præditis*, atque *imbecillioribus*, veluti sunt articuli, pectus, verteræ, cranium, (4) *multæq; aliæ*, ut dicetur infrà. Qui morbus si à 5) *Ventositate* (per exemplum) originem

ginem contrahat, tanquam à cau-
sa principali, non autem immedii-
ata, ita meâ equidem sententiâ ge-
nerari potest. Nimirum, cùm (6)
pueri, *mulieresq; multâ abundem*
pituitâ ob humidam naturam
nec non ingluviem, ac harum vi
tam sedentariam, & præterea o
aliquod vitium, quo membrum
aliquod sit correptum, ut ventri
culum frigidiorem, humidiorem
que redditum, nec non cerebrum
simili modo affectum, sanè fri
ut ab illa (7) *pituitâ*, sed crassio
in aliqua existente parte, v. g.
brachio, (8) *ob caloris debilitatem*
materiam agitantis, *& non resc*
ventis, *flatuosi eleventur vapore*
Galen. 3. *de Symptomat. Causis*
qui ad partem sive suâ natu
debiliorē, veluti est articulus, (q
(9) *per accidens debilissimus* red
tur,) sive per accidens tantùm im

bec

becilliorem, (ut quælibet pars alia esse potest, aliàs ex se non imbecillis) transmissi, & ab ambiente frigido, aliáve de causa intus detenti, aut in ipsomet articulo geniti, pariterque detenti aliquando inter os, & panniculum id tegentem introire, intercludique possunt; quibus cùm intrantibus, tumque exitum quærentibus, ac maximam vim facientibus, refigendo, atque distendendo continui fit in periosteo solutio; ex (10) *qua solutione ob ingentem ipsius periostei sensibilitatem dolor* ingens oritur, qui ab Avicenn. *1. Fen. 2. cap. 20.* frangitivus appellatur. Vel possunt etiam (11) *flatuosi dicti spiritus ab ossis nutrimento corrupto*, aut excremento congesto, aut in cavernulis, & foraminibus, aut in superficie ipsius ossis existentibus exoriri.

At si horum flatuum materia im
ossis superficie fuerit collecta, ex ea
etiam simpliciter continui solutio
causari potest Sed cùm fiat sensim
dolor fugitivus, minimus eritt
breviſſimumq; tempus durabit: &
hoc fit ratione acredinis, vel salse
dinis per putredinem acquisitam
unde aliæ insurgunt (12) *dolorii*
species, veluti jam dictum. Nam
solvitur ibi continuum non solùm
à materia, sed etiam (13) *à qualli*
tate. Proximam, immediatam
que doloris causam solutionem
unitatis esse, jam omnibus Medi
cinæ Professoribus notum est
quia licèt Galen. *12. Meth. de In*
æquali Intemperie, de Oculis, & alli
bi duas afferat doloris causas, mu
tationem videlicet, atque solutio
nem unitatis; tamen alteratio
nem ponit tanquam causam prin
cipalem, & prout est ex usu artis

Nam

Nam alterâ alteratione consistente, continuì sine dubio fit solutio, sed quâ ablatâ, dicta continui solutio cessat, & insimul dolor. Et quòd prædicta solutio causa realiter fit doloris immediata, ab ipsomet Galeno, tanquam à copiosiori fonte exhauriri potest, qui inquit *12. Meth. 7. qualitatem dolorem facientem repentem esse*; & *4. de Simplicium Medicamentorum Facultatibus 2.* ait : *Dum mollia contrahuntur, comprimunturq́, humidum exprimi contingit, partesq́ insimul divelli*; & *2. de Compositione Medicamentorum secundum locos* scriptum reliquit: *Inventum equidem, & hoc nobis in Commentariis est, in quibus communes, & generales dolorum causas considerabamus, quòd nempe ob dissolutionem continuitatis (14) similarium partium dolor oboriatur.*

Dissolvunt autem ipsam erodentia, dissecantia, distendentia, vehementer calefacientia, ac refrigerantia. Ecce! quàm benè aperiatur nobis, quomodo à qualitatibus fiat dolor mediante solutione unitatis. Ipsius autem doloris principalis causa quævis qualitas, humidâ exceptâ, Galen. *12. Meth. & 2. de Compositione Medicamentorum secundum locos*, & quævis materia esse potest: qui dolor cùm naturæ molestissimus sit, ad dolentem partem (15) *materiam attrahit*, facultatem expultricem irritando; quæ si primis suis conatibus nihil proficit, tunc vehementiùs aggreditur, quod infestat, expellere, sanguinisque & spiritus a liquid ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit; & tunic sanguis in minimis vasis continee ri non valens, partim per ipsarum

ora

ora, partim per tunicas colatus foras transmittitur, atque spatia ipsa vacua, quæ inter prima sunt corpora, perfluxionē eo implentur: & tunc omnia ab humore, omniq́ue ex parte incalescunt, ac perfunduntur, ut sunt nervi, ligamenta, membranæ, caro, venæ, & arteteriæ Galen. *13. Meth. 3.* & *de Inæquali Intemperie 3.* ubi, *materia* ait, (16) *extra propria si reperitur vasa, putrescit;* & secundùm Hippocr. sententiam *Aphorism. 20. Section. 6.* quo in loco inquit: *si sanguis effunditur in ventrem præter naturam, necesse est suppurari.* Nam sicuti locus naturalis quandam habet facultatem rem in eo existentem conservandi; ita præternaturalis eam corrumpendi facultatem obtinet, Aristotel. *4. Phys.* quæ materia, (licèt calor nativus eam regere, attenuare & di-

rigere tentet; quia tamen, & rationibus supradictis, & quòd partes istæ huic morbo subjectæ nom ex carne constant, frigidioresque sunt, proindeq; in eis, quàm in cæteris partibus calidũ innatum debilius, & præterea ab extraneo calore superatũ est) corrumpitur potiùs, quàm ut resolvatur, vel cõcoquatur, maximamque postea nitrositatem, acutiem, seu acrediinem acquirendo, erodit, corrumpit, ac destruit partes subjectas, donec ossis substantiam attingat illamque corrumpat. Et dum sensibiles hæ ita corrumpuntur partes, intemperies, ac dolor augentur, unde non solùm sanguinis fluxio crescit, verùm etiam multa excrementa confluunt, eodemque modo corrumpuntur ac os inficiunt. Imò humores iit corrumpi possunt, ut aliquam

(17) die

(17) *deleteriam acquirant qualitatem*, scripsit etiam Galen. *6. de Locis affectis cap. 5.* Quia verò Medici investigare solent, an assumti veneni propria extent signa, eò quòd sæpè numero videant citra lethalis veneni potionem humores similiter, ut è poto veneno corrumpi; hinc & nos breviter in differentias inquirere operæ pretium duximus.

Si fiat ergo à materia tenui, frigida, & humida, vel putrida, vel minimè putrida, dictum os eâ corrumpi posse certum est.

Si à virulenta humiditate ortum duxerit; prædicta virulentia, seu (18) *deleteria qualitas*, aut *à principio* erat talis, quando natura ad laborantem partem eam expellere insurrexit; aut (19) *ibi demum*, cùm ob alicujus dictæ par-

tis vitium reddita est talis, tum quia ad acquirendam hujusmodi malignitatem dispositi jam erat.. Atque idem, ut dicebamus, de cæteris qualitatibus, nempe de acredine, & salsedine asserendum.. Nam, ut inquit Galen. 2. *ad Glauc.* 1. *Vel jam putruit id, quod influit, vel in membro constrictum putrescit*: Unde citiùs, vehementioriqúe dolore, & majori partibus contingit corruptio. Imò materia ista virulenta, vel etiam minimè virulenta etiam immediatè generatur in ipso osse, vitiatâ ac corruptâ ejus complexione; ut (20) *superius* dictum habetur.

ANNOTATIONES *ad* CAPUT IV.

(1) GEnerationis modum è Veteribus Petr. ab Argillata, Nicc. Florenti-

Florentinus,& Joh. Vigo, ſed non niſi ruditer & ſuccinctè delinearunt. Et quidem Argillata *loc. cit.* paucis his verbis : *Ventoſitas Spinæ*, inquiens, fit, quando aliqua materia in ſubſtantia oſſis congregatur ex debilitate virtutis aſſimilativæ, vel ex debilitate membri, unde congregatâ materiâ cauſatur apoſtema. Nicol. Florentius verò *Serm. 7. Tract. 4. cap. 40. pag. m. 108.* hoc penè ſenſu : Accidit (ſic ſonant ejus verba) oſſis corroſio ab humore acuto, mordicativo, vel virulentia acuta, ingrediente per poros ſubſtantiam oſſis, & imbibitur in ea, & corrodit ipſam. Et hæc corroſio (paucis addit interjectis lineis) cum dolore à cauſa non manifeſta orta, propter apoſtema & ulcus, *Spina*, ſive *Ventoſitas Spinæ* vocatur. Joh. Vigonis autem *loc. alleg.* verba hæc ſunt : In *Ventoſitate Spinæ*, ait, à materia interdum corrupta, & venenoſa, defectu virtutis aſſimilativę, occaſione debilitatis membri, generatur inter os & almochatim dolor intenſiſſimus. Enucleatius verò quâ ratione *Spinæ* generetur *Ventoſitas*

tas è Modernis exponunt Severinus, Petr. de Marchettis, & Paul. Ammann. Et Severinus passim quidem suo de Pædarthrocace Tractatu, sed & præcipuè ibidem *cap. 8.* Ubi ita: Procreatur ossis hæc corruptio, dum contrahitur paulatim humor, veluti mucus, in osse, ex alimento superante, qui mucus ob loci imbecillitatem nec concoquitur, nec ad alendum est idoneus, nec expellitur, sed ibi manens tumorem excitat. Cùm autem hic idem humor, vel acris sit, vel retentus putrescat (qualis in lue venerea diuturniori collectus ea tubercula excitat quæ gummi dicuntur) erodit ac perforat ejusmodi partes integræ cuti subjectas, (id est ossa.) *Cap. 11* porro Idem ibidem hæc habet: Quod si per venas (ignoscamus Viro Circulationi sanguinis tum adhuc ignaro) & arteriolas, licet pusillas, inaspectabiles, alienus & importunus humor, (quem alibi semiputrem, & putres sanguinis ichores nominat) ad ossa defertur, & confertim aliquando cumulatur, tum

maxi

maximè ossa illa inalterare, atque in calidam diathesin sic immutare valet, ut aliquando inflammentur, & inflammata subeant abscessum, quem partim *Ventositatem* appellarunt propterea, quòd veluti ventus particulas ossis inflans distendat, partim etiam dixere *Spinam*, quòd veluti Spina in centrum membri, quod os est, defigatur. Hæc Severinus. Petrus de Marchettis *Spinæ Ventosæ* suæ Generationis modum sæpe *alleg. loc.* ita describit: Si pituita inquit, nutritioni articulorum dicata putrescit, aut quodammodo fit acrior, primò ossa corrumpit, & quidem nullo dolore; quibus postea corruptis, periosteum labefactatur, cujus signum dolor pungitivus, acutus, & lancinans, ita ut Patiens referat, se veluti Spinâ pungi, unde *Spinæ* nomen morbo inductum. Dum verò hujusmodi dolore æger divexatur, atque periosteum eroditur, nullus adhuc apparet tumor, corruptis verò, & quidem primariò osse, secundariò verò periosteo, materia pituitosa libera permeans per

loca

loca carnosa attollit articulum affectum in tumorem, primò mollem, & laxum, ac doloris expertem, cuti concolorem; qui patefactus durior evadit, confluente eò humorum copiâ, quorum tenuior pars exhalat, superstite crassiori, ex quo insuper emanat materia serosa, atque specillo os corruptum se prodit. Tandem D. Paull. Ammann, aliquoties *cit. Dissutat. cap. 2. §: 7.* ejusdem Mali ideam à Severino potissimùm, ut videtur, mutuato penicillo non obscuris coloribus pulchrè ita depingit: Fit, ait, *Spina Ventosa* non per affluxum specialem (generali qui per arterias instituitur, nemine in dubium vocato) sed potiùs per congestum, hoc est, contrahitum humor corrumpens paulatim in offe ex alimento superante, in forma ichoris, qui ob loci, aut partis debilitatem nec concoquitur, quoniam ad alendum est ineptus; vel, etiamsi benignum alimentum affluxerit, ab eo, quod jam corruptum est in articulis, statim vitiatur, nec expellitur, sed ibidem ma-

nem

nèns tumorem excitat. Cùm autem
nic idem humor vel jam acris sit, vel
morâ temporis retentus putrescat, e-
rodit ac perforat primùm ossa,& post-
ea periosteum, vél membranam, in-
verso quodam modo,si reliqua aposte-
nata respicias.

Ex his omnibus hactenus recensitis
nodis, quibus Malum nostrum ple-
unque generari dictum est, liceat no-
bis rejectis superfluis, adscitisque illic
non expressis necessariis, unum genui-
num extrahere, efformare, inque tale
compendium eum cogere: Nimirum
vel alibilis,benignus, planeque lauda-
bilis humor à minimis, & penè incon-
spicuis arteriolis, circulationis lege,
n interiora ossis,illi nutriendo, dela-
us, ibiqùe depositus, ob partis ex
prægresso p. n. quocunque particulari
affectu debilitatem, non, ut decet,
concoquitur, nec apponitur, nec ex-
cernitur, sed dum otiosus resistit, im-
mobilisque stagnat, tempore labem
contrahit, putrescit, putrescendo a-
crior, tenuior, & ichorosior evadit,

cali-

calidamque intemperiem ossi affricat, donec inde quædam quasi intestina inflammatio exsurgit, hincque in tumorem os attollitur, augetur, & à corrodente, ac perforante interea facto peccante humore non solùm ipsum os, sed & periosteum, cum ingenti doloris cruciatu, & circumsitæ carnis exulceratione, rumpitur, adeoque ipse ille Morbus, quẽ Avicennæ Interpretes *Spinæ Ventositatem* appellant oritur: Vel os subeunt, atq; penetrant per easdem arteriolas, & ferè insensiles meatus jam peccantes, vitiosi, maligni, vel virulenti, tenues scilicet, acres, ichorosi, & semiputres humores, qui vel à cerebro, vel aliunde in ea depluunt, & vel hæreditario, vel contagioso, vel demum quovis alio adscititio inquinamento tales facti sunt. Hi dum intactis maximam partem carnibus, aliisque mollioribus partibus in ossis meditullio paulatim, & per congestum colliguntur ac coacervantur, propterque ossis illius expultricem debiliorem facultatem excerni, vel naturali motu

motu per venulas redire nesciunt, commorando inibi, inque se, intestino quasi inter heterogeneas particulas suborto bello, agendo ac reagendo, majorem fervorem concipiunt, inflammationem excitant, ossis substantiam, dum majus spatium captivi quasi retenti desiderant, adoriuntur, depascuntur, ipsum domicilium suum arietant, effringunt, hacque viâ exitum sibi quærunt, & tum ipsum quoque periosteum, ac circumjacentem carnem atque cutem in tumorem attollunt, arrodunt, rumpunt, exulcerant, verbo, *Spinæ Ventositatem* producunt; uti fusius ab ipso *Pandolphino* nostro hoc 4. & sequenti 5. *cap.* deducitur. Atque hæc de Generationis modo.

(2) Per molliora corpora non carnes, aut aliæ molliores partes, sed mulierum & puerorum (non tamen prorsus exclusis virorum, uti *Cap. I. num.* 26. annotavimus) humana corpora intelliguntur, & quidem ea non in egra, nec quoad quasvis, sed in specie osseas

as tantùm partes. Uti enim mulierum & puerorum membra communiter omnia habentur molliora, ita cùm primis ossa quoque molliora statuuntur, eaqúepropter magis etiam, ut jam supra concessum, Malo nostro obnoxia sunt.

(3) Id est, in ossibus, quæ, quia potentis sanguinis virtute & inde profluiscentis caloris robore minus instructa, valdeque frigida sunt; hinc etiam imbecilliora, arcendisque injuriis impotentiora meritò perhibentur.

(4) Vid. *Annotation.* ad *Cap. IIII num. 3.*

(5) *Ventositas* hîc loci nihil aliud denotat, quàm halitus, vapores, vel flatus, uti ex paucis lineis interjectis verbis colligere est.

(6) Ita plerique docent Institutiones istarum, sed & præcipuè Beat. Seinert. *Institut. Med. L. 1. c. 4.* & Gothofred. Mœbius *Institut. Med. cap. de Temperament. thes. 51. 52.* solemque ab haud paucis mulieres temperamen-

amenti , naturalisque complexionis ratione cum pueris comparari.

(7) Nititur illâ vulgari hypotheſi, ac ſi oſſa pituitâ nutrirentur , quam tamen circulationis ſanguinis inventum,quatuor illos vulgatos humores, ſanguineam maſſam, ceu hujus partes primà conſtituere docens,hîc loci exſuſare, & loco pituitæ ſanguinem , ceu univerſale partium nutrimentum ſubrogare jubet.

(8) Eſt ipſa deſcriptio flatuum generationis,ad quam duo requiruntur, cauſa nimirum efficiens , & materia. Efficiens communiter calor debilis flatuitur, & quidem non per ſe, aut in ſe conſideratus talis , ſed reſpectu materiæ. Aliàs enim fortis quoque, in ſe,flatus generare, & ratione materiæ, in quam agit, debilis dici poteſt; quatenus ſcilicet etiam ſuâ naturâ fortis à materiæ copia , atque crudităte ita obruitur,ut non ſatis ſit potens , ritè eam vincere , & ob ſuam reſpectu materiæ imbecillitatem non niſi diminutè & imperfectè diſſolvat,

hinc-

hinćque in ipſos flatus reſolvat. Quam propter Caſp. Hoffmann, calorem illum non ſimpliciter, ſed perquam appoſitè ad ſubſtratam materiam improportionatum vocavit, id eſt, qui nec nimium debilis, unde materiam plane nè non aggrederetur; nec nimium fortis ſit, unde materiam penitus ac perfectè diſſolveret, ſicque nec hoc nec illo modo flatus fierent; ſed qui medio modo, ac reſpectu materiæ improportionatè ſe habeat, ita ut ſubjectam materiam nec ritè concoquat nec penitus, ſed aliquo ſaltem modo ac imperfectè diſſolvat, inque flatus dum variè heterogeneæ portiones inter ſe pugnant, activæque in eam quæ pasſivè ſe habent, agunt, commutet. Materia flatuum Veteribus pituita craſſior, Recentioribus ſanguis, vel humor crudus, craſſus atque incoctus in quavis quidem corporis parte, maximè verò non nihil excavatâ exſtens eſt; imo omnis fortaſſis illa materia eſſe poteſt, quæ calori in ſe agenti impar, diſſimilis, ac improportion

a est. Plura qui hac de re desiderat, consulat exascíatissimum Sennerti *Paralipom. ad Instítut. cap. 4.* de flatuum n corpore humano generatione dis- ursum.

(9) Articulos naturâ cæteris partius sanguineis imbecilliores esse, aliuoties jam dictum. Adhuc debiiores autem & debilissimi fiunt per ccidens, id est, accedente, vel, si mais , iis superveniente symptomate, norbo, aut p. n. aliquo affectu.

(10) Dolor ergo in *Spinæ Ventosiate* tum demum verè sentitur, perioeum quando læditur.

(11) Perbellè affectus noster à flauosis Spiritibus, sive vaporibus ex oss nutrimento prodeuntibus deduci, deque declarari posset, si illam sentiam arripere vellemus , quâ doetur , omne omnium partium, adeoue & ossium nutrimentum, etiam naraliter, halitus sive vaporis formâ, quem ipsum nutrimentum nunam non resolvatur, iis apponi, inue deperditi locum cedere ; quam

opinionem Anton. Molinettum, Cele-
berrimum in Archi-Gymnasio Pata-
vino Medicinæ Professorem, hac im-
primis ratione è publica cathedra de-
fendisse memini, quòd, nisi dicto hoc
modo nutritio contingeret, nutritæ
partes omnes inæqualitatem quam-
dam conciperent, quæ æqualium ha-
lituum appositione, & agglutination
evitaretur. Hoc itaque si, uti non ad
eò absonum videtur, naturaliter fiere
quidnî idem multò faciliùs prætet
naturaliter fieri, & à corrupto halli
tuoso hoc ossium nutrimento ossa s
militer corrumpi, exindeque hinc fo
tassis etiam derivatam, sicque dicta
Ventositatem Spinæ proficisci posse, cr
dendum esset?

(12) De speciebus ac differenti
dolorum aliquid diximus, *Annotat.*
Cap. I. num. 20.

(13) A qualitatibus tactilib
quamvis solutionem continui, & co
sequenter dolorem quoque fieri po
lubentissimè concedamus, inde
men nequaquam sequitur, easd
dolo

doloris causam proximam constituere, uti nonnulli volunt. Quam probè notandam distinctionem ipse etiam Author noster observare videtur, proximam, immediatamque doloris causam unicam unitatis solutionem rectissimè statuens, utpote inter quam & ipsum dolorem nihil intercedit, quâque posita semper ponitur effectus, nimirum dolor, & contrà. Ad hanc autem unicam doloris causam plures aliæ, sed mediatæ & remotiores reducuntur, quas inter cum primas tum secundas qualitates jure numerandas esse censemus.

(14) Hîc quidem loci Galenus continui solutionem dolorem immediatè producentem tantùm similaribus partibus attribuere videtur; alibi tamen dissimilaribus quoque competere posse, non obscurè docet. Agitaturque solemnis hæc controversia hodiedum inter Præstantissimos Medicos, dum alii Averroi continui solutionem tantùm per se ad similares partes redigenti; alii Argenterio ad solas dissimi-

lares eam pertinere ſtatuenti ; alii denique iis,qui & ſimilaribus, & diſſimilaribus communem eſſe contendunt, adſtipulari malunt. Cui poſtremæ ſententiæ&nos eò ſubſcribimus lubentiùs, quò evidentiùs non ſolùm ſimilarium, ſed & diſſimilarium partium unitatis ſolutionem in noſtra *Spinæ Ventoſitate* fieri videmus. Vid Dan. Sennert. *Inſtitut. Med. L. 2. Part. 1. cap. 10.* & Greg. Horſtius hanc controverſiam ſatis prolixè ex profeſſo tractans *Oper. Med. Tom. I. p. m. 245. Quæſt. 6.*

(15) Quanquam omnem omninò attractionem in rebus, cognitione ſenſuque carentibus , præprimis verò in liquoribus,cum Platone, & haud paucis hunc ſequentibus modernis Philoſophis , nominatim Joh. Pecquetio *Diſſertat Anatomicar. de Circulatu Sanguinis pag. m. 86.* prorſus negare nondum audeamus ; illa tamen humorum attractio, ſive fluxio per ἔλξιν dicta , quæ à dolore corporis noſtri partem aliquam divexante fieri vulgo creditur , Recentioribus quibusdam nobis

nobisque ipsis contra tritam Medicorum, ipsiusque Pandolphini opinionem, non immeritò, & has quidem ferè ob rationes suspecta videtur. (1) quia humores non spontaneo motu, sed cordis, arteriarumque pulsu propulsi, & quidem solas per arterias ad partes feruntur. (2) quia dolor fluxionem ad partem factam non præcedit, sed sequitur, indeque ortæ humorum collectioni, ac intumescentiæ demum supervenit; quî itaque dolor attrahere dici possit, si non præexistit? (3) quia si ex vulgata Medicorum opinione in imminentibus sibi malis averruncandis studiosissima natura, doloris causam propulsura, sanguinem ac spiritus, velut auxiliares copias, dolenti parti in subsidium mitteret, atque hoc pacto dolor attraheret, ipsa illa prudentissima morborum medicatrix meritò accusanda potiùs esset, quòd malum malo augeret, majorem adhuc dolorem, sanguinis in parte dolente accumulatione, inferendo. Et quamvis Franciſc. Valeriola *Animadverſ.*

ad Joubert. Paradox. Decad. 2. Paradox. 8. dolore fluxionem excitari experientiam quotidianam, præcipuè in Arte Medicinali, testari asserat, rectè tamen ei respondet Idem Laurent. Joubertus ibidem, licèt sensus testentur, humores confluere ad loca dolentia, sensus tamen nihil aliud testari posse, quàm eò ferri, illabi, fluere, aut irruere humores, sive hi attracti, sive expulsi, sive sponte suâ moti fuerint; cùm sensus non modum ac rationem motus, sed duntaxat moveri, ac affluere dijudicent. Cui postremò accedit, quòd, etiamsi hùmorum à dolore falsò derivata attractio rejiciatur, aliæ tamen sufficientissimæ, veroque magis consentaneæ rationes reddi possint, cur ad dolentem partem copiosiùs, quod nemo facilè negaverit, humores colligantur? Primò nimirum ob solutam partium continuitatem, quæ in omni dolore perpetuò contingit, viarum vel vasorum ordo turbatur, unde fit, ut sanguinis quoque ordinarius motus, hoc est, ea

juss

jusdem ex arteriis per venas recursus impediatur, ipseque sanguis moram in parte dolente nectat, ad quam quia consueto aliàs itinere novus continuò per arterias appellere solet, eò majori copiâ in ea coacervatur, eoq; magis dolor cũ intumescentia ingravescit, quò difficiliòr, magisque impeditus est sanguinis per venas recursus. Deinde quia omnis pars, quam ex solutione continui ortus dolor exercet, debilitatem concipit, hincque humores affluentes promtiùs suscipit, & segniùs iterum se amovet, mirum non est, humores illos copiosiùs quoque in ea cumulari, hincque dolorem augeri. Ut adeò humorum ad dolentem partem confluxus certus quidem sit, modus autem illius confluxus incertus, quem nam dictâ ratione, non autem imaginariâ attractione fieri non ampliùs dubitamus, non immeritò propterea abrogandâ, nisi latè attractionem nihil aliud, quàm illam cum Sennerto *Instit. Med. Libr. 1. Part. 2. cap. 11.* humorum vocaverimus affluxionem, cu-

jus causa est in recipiente parte ; ad differentiam illius affluxus, cujus causa est in parte mittente: quæ acceptio tolerabilior adhuc foret.

(16) Unde hac ratione inter alias etiam utuntur , ipseque usus sum in privata mea *Disquisitione , de possibilitate quidem, sed minus utili, minusq; tuto, Transfusionis sanguinis, de bruto in hominem, Invento*, contra periculosæ illius de bruto in hominem Transfusionis Sanguinis Patronos. Siquidem & bruti sanguis per canales, novæ illius Operationis lege , in hominem derivatus extra propria sua vasa , (quæ nullius alterius animantis, sed solùm illius bruti sunt, à quo sanguis elutriatur) ferretur , metuendumque hinc esset, ne ipse bruti hic sanguis, in hominis , ceu alienis vasis cum hominis sanguine permixtus, similiter vel vitium caperet, vel varias turbas, ortâ inter heterogeneas utriusque sanguinis portiones luctâ, indeque propullulantes putridas febres , aliaque sexcenta mala suscitaret.

(17) Hu-

(17) Humores in corpore humano ita corrumpi posse, ut deleteriam acquirant qualitatem, vel venenorum naturam induant, probat Dan. Sennertus prolixè *Instit. Med. libr. 2. Part. 2. cap. 12.* ab experientia, & effectu, in causarum cognitionem nos deducente, nec non à symptomatibus petitis argumentis, quibus nimirum constat, humores haud rarò adeo corrumpi, ut eosdem planè effectus proximè, & per se, edant, eademque symptomata inferant, quæ alia venena assumta, corrumpendo corpus nostrum, ac putrefaciendo, inferre solent, uti in febribus malignis & pestilentibus haud infrequenter videre est, non fallaci indicio, ipsos humores talem veneni naturam induisse.

(18) A principio, id est, uti *cap. superiori* ferè in medio effatus est, antequam ad patientem partem influxit. Quâ occasione non abs re erit, postquam jamjam ostendimus, quòd humores veneni naturam induere possint, nunc quoque breviter & hoc enodare,

nodare, unde, & quomodo humores in affectu noſtro virulentiam concipiant, aut deleteriam qualitatem contrahere poſſint? Fieri autem ea videtur non à calore, aut alia ſimplici intemperie; ſed præcipuè, vel à præcedanea inſigni humorum interna corruptione, vel à contagio, vel denique ab hac, aut ſimili hæreditaria à parentibus in liberos propagatâ affectione. Et quidem humorum corruptionem eorundem virulentiam ſequi poſſe ex antecedentibus conſtat; quâ verò ratione, quove modo id fiat, tam clarum non eſt. Fateri enim cogimur, multa in corporibus noſtris quotidie fieri, quorum genuinum modum, quo id fiat, revera ignoramus, quorumque ſolus effectus cum admiratione ſpectandus eſt. Humores corruptos aliquando in virulentos ac deleterios degenerare, effectus teſtatur, qui cauſas neceſſariò præſupponit. Quomodo humores in parte aliqua conſtricti corrumpantur, tractuque temporis virulentiam induant, facilior ratio eſt,

expo-

expoſuitque Pandolphinus hoc ipſo §. atque nos *Annotat.* ad *Cap. III. num 11.* non improbabili hariolatione. At quomodo humor, antequam ad partem affectam pervenit, virulentus fieri, *Spinaq; Ventoſitatem* producere poſſit, paulò abſtruſior res eſt. Nos, ſi conjecturæ locus in hac mentis caligine conceditur, ſuſpicamur, ab inſalubriori aëre, pravoque victu, & in cæteris non-Naturalibus rebus delicto, inprimis verò excernendorum retentione, ſanguinem inquinari, indeque dependentia viſcera magis minusve ita lædi, ut nec decens impuriorum portionum à laudabilibus ſequeſtratio, & excluſio, nec conveniens in colatoriis organis ſeparatio contingat, ſed ſanguis crudior ac impurus relinquatur, excrementa varia cumulentur, in ſanguinem redundent, eumque ita inquinent, ut ſucceſſu temporis humores vitioſi neceſſariò procreentur, quorum corruptio, prout in pleriſque rebus fieri videmus, eò fit major, quò ipſa diutius durat, quòque minus cor-

rigitur, donec tandem eundo eò pervenerit vehementiæ, ut non ampliùs corruptio, ſed virulentia dici debeat, jamque virulenti hi redditi humores, hactenus veluti ſub cineribus occulti, & diutiùs latere pertæſi, nunc, neſcio cujus occaſione, gliſcere incipiant, ſeſe explicent, & quâ data porta, impetuosè ruant, aptiorem nidum ſibi quæſituri, quem vi ſubtilis, & corrodentis acrimoniæ, ſive aciditatis ſuæ, in qua virulentia maximam partem conſiſtit, carneas ceu molliores partes absque notabili læſione transeundo, in durioribus, velut oſſa ſunt, inveniunt, ſicque ipſam, aliquandiu in iis commorando, *Spinæ Ventoſitatem* parturiunt. Confer. ejusdem *Cap. Annotat.* ad *num. 1.* De contagio, ſive morbis contagioſis, & venenatis, ut v. g. lue venerea, aliisque, uti nullum eſt dubium, quin in alios derivati naturales humores in virulentos ac deleterios mutare, atque hi dein affectui noſtro anſam præbere nonnunquam valeant; ita firmiter credo illam cumprimis *Ventoſitatis*

tatis Spinæ ſpeciem, qua de impræſentiarum agimus, hoc eſt, quæ ab humore extra affectam partem virulento genito, & ad hanc aliunde transmiſſo ortum trahit, omni contagione non carere, adeoque ipſam, mediante ſui ſeminio, in aliud corpus transire, ſimilique labe inficere illud poſſe. Hæreditariam affectionem quòd tertiò attinet, de illa aliquid dicemus *Cap.* ſequenti.

(19) Conferatur *Annotatio Cap. III.* ad *num. 11.*

(20) Nempe *Cap.* ſuperiori ferè in medio.

CAPUT V.

De Cauſis.

CAuſa hujus Morbi duplex eſt, materialis una, altera efficiens. (1) *Materialis* eſt os, quod corruptionem patitur: Efficiens pariter (2) *duplex* exiſtit, proxima

scilicet atque remota. (3) *Proxima*, sunt humores jam dicti actu morbum facientes, à Doctoribus causa conjuncta nuncupata: cum qua causa conjuncta laborantis partis intemperies conjungi potest. Remota est causa antecedens; nimirum succi supradicti ad ejusmodi morbum causandum in potentia existentes; nec non (4) *fluxio*, vel *congestio*, vel *reconcentratio*; atque etiam, secundo magis (5) *remota*, indebita (6) *rerum non Naturalium* administratio; & præsertim aër frigidus & humidus, malâque qualitate coinquinatus, veluti annis contingebat elapsis, quô cerebrum frigidius, humidiusque redditum hincque magna in eo per congestionem excrementorum frigidorum atq; crassorum cumulata est copia; quæ tandem à natura ac

diver

diversas corporis partes transmissa, secundum diversas partes varios quoque procreavit morbos; inque (7) *articulis* cum *cæteris supradictis partibus* Ventositatem Spinæ ; in (8) *emunctoriis* , (9) *strumas* , seu scrophulas, in (10) *aliis partibus*, *nodos* , (11) *atheromata*, abscessusque plurimos , & curatu difficiles produxit. Dum enim eorum discussio, aut concoctio tentatur, materia ex qua, una cum parte subjectâ , corrumpitur; hincque pro eorum curatione, morbum, partemque insimul affectam putrefacientibus,& caustici tollere semper sumus coacti. Peccat præterea victus,aut humidus, aut crassus, aut acutarum rerum, ut alliorum,cæparum,piperis , atque similium complexionem alterantium, ac corrumpentium, è quibus quippe humidos, crassos,

crassos, acres, mordacesque succos natura gignere cogitur: quemadmodum & plurimus (12) *somnus*, præsertim verò in pueris, qui ob humiditatem naturaliter sunt somnolenti, Galen. 3. de *Locis affectis*, quo quidem somno copiosa, frigidaque coacervantur excrementa, calidum innatum debilitatur, illaque minimè expelluntur, sed potius magis adhuc corrumpuntur. Tandem inter causas remotas referenda alicujus (13) *evacuationis consuetæ suppressio*; ut sputi per os, muci, sanguinisque per nares; nec non hæmorrhoidum, ac menstruorum, & præterea (14) *lienis*, (15) *vesicæq; felleæ obstructio*; unde sanguis à melancholia, ac bile, excrementitiis minimè expurgatur, sed impurus, turbidusque, atque ineptus ad idoneam nutritionem reddi-

tur

tur : imò à melancholia nimis incrassatus, & à bile excalefactus naturæ inimicus, noxiusque evadit, quæ propterea illud ad partem aliquam debiliorem transmittit: ex quo tandem una cum pravis ejus sociis Ventositas Spinæ procreatur.

Si fluxio morbi causa extiterit, aut transmissio, vel ratione plenitudinis, vel cacochymiæ causabitur Morbus. Fit autem plerunq; per cacochymiam, & præcipuè per phlegma crassum, ac viscidum : hinc diximus majorem hoc morbo laborantium copiam esse (16) *pueros, mulieresq;*, in quibus prædictus humor superabundat.

Ad (17) *fluxionem* autem virtutis expultricis robur requiritur, ut nempe à multitudine compressa, illam expellat, & à quantitate

tate irritata eam arceat; aliàs non transmitteret, sed potius susciperet. Præterea ad eam viarum amplitudo exigitur. Viarum enim angustia transitum impedit. Insuper & partis susscipientis imbecillitas necessariò concurrere debet, quæ vel ab intemperie, vitióve alio simili, aut à raritate, aut laxitate procedit, vel à situ partis pendet. Estque imbecillitas hæc vel nativa, vel adscititia. (18) *Nativa*, aut ortum duxit à semine in principio generationis, quia ægrotantium parentes hujusmodi morbo laborabant; aut post conceptionem in matris utero pravis cibis utentis contracta est, aut quia ipsi articuli antea aliquo tenebantur morbo, ut est Gallicus, quorum vi partes susscipientes dictæ, & præsertim articuli frigidæ, humidæ, laxæ, & proinde admodum

lum ad ſuſcipiendum totius cor-
oris ſuperfluitates aptæ redditæ
iunt. Adſcititia verò poſt nati-
vitatem dicitur, cujus cauſa, vel
nterna, vel externa erit. Interna,
veluti humores; verbi gratia: ſi a-
iquis ob alicujus principalis
nembri vitium copioſam gene-
et pituitam: Cauſa externa, erit
rror in rebus non-Naturalibus
commiſſus, ut ſuperius ſcriptum
uit.

Si autem (19) *attractione* cau-
abitur Malum, tunc id potius à
anguine, quàm à cacochymiâ fiet,
& quidem ratione doloris; cùm
dolor ſanguinem attrahat, ut jam
ex Galen. monſtravimus.

Si verò per (20) *congeſtionem* o-
riatur, fit ex humoribus in partem
alimenti vice diſtributis, propter
ejus partis imbecillitatem, ab ali-
qua intemperie, aut alio vitio pro-
fectam,

fectam, quæ ipsius concoctricem & expultricem facultatem labefactat. Quum enim pars adeo imbecillia est, ut affluens alimentum in propriam substantiam mutare non possit, vel ita vitiata, ut id ipsum corrumpat, nec genita excrementa à se propellere queat, necessariò præter naturam congestio ista fit, & præsertim materiæ frigidæ.

Si denique à (21) *reconcentratione* ortum duxerit, ipsius reconcentrationis causa, vel humoris pravitas, naturam superans, velut in pueris variolis laborantibus, nec non morbo Gallico affectis, vel materia ex imperfecta crisi mota extiterit, vel ambiens frigidum, vel medicamentum ejusdem facultatis appositum.

(22) *Subjectum proprium* hujusce morbi *os* esse jam diximus.

(23) *Pars*

23) *Pars* autem *transmittens* est *caput*, dummodo transmissum non sit sanguis, aut bilis: tunc enim (24) *epar*, (25) *cor*, cæteræque corporis partes transmittens pars esse possunt. Et patet caput esse, quoniam ferè omnes, hoc morbo laborantes, erant primò illio ad ipsum caput attinente morbo correpti, veluti tineâ, achoribus, atheromate, meliceride, crophulis, & per os, naresque excrementorum copia fluebat. Quorum excrementorum viâ intercluâ, ac naturâ ab eis minimè deoneratâ, eorumque causâ non admtâ, facultas expultrix ad partes supradictas ea transmittere conata fuit.

Pars generans caput, unà cum ventriculo, est, ubi ob eorum frigidam, vel humidam intemperiem, vel ob errorem externum copio-

copiosum generatur phlegma, vel crassum, vel mucilaginosum, vel aqueum. Capitis autem proprii non est dictum phlegma generare, sed ventriculi. Et quod (26) *ventriculus* ipse *Pituitam generet* habetur ex Galen. *6. Epidem. 1. 66* nec non ex Avicenn. *13.3. Tract. 1. cap. 16.* Quin imò & epar calidius acres humores conficere solet.

Quia superius asseruimus, ossi corruptionem contingere posse ab humore aqueo, vel putrido vel non putrido; objicere nobis aliquis posset sententiam Aristot. jam allatam in medium; nimirum putrescere quæcunque non moventur, & propterea minime verum esse, (27) *os ab humore aqueo* dicto (veluti à nobis assertum fuit) *sine putredine corrumpi posse* quia humor tam propriè, quàm impropriè acceptus, quotiescunq

extr

extra suum naturalem locum reperitur, redditur immobilis motus naturalis & proprii, dum non huc, illucque per venas, ut antea, defertur, hincque cùm sit putrescibilis, contrariis nempe qualitatibus constans, ratione loci, ut aliàs dictum, eum putrescere, osquè ex eo putrido corrumpi necesse est.

Ad quod respondetur; licèt Aristotel. sententia jam in medium adducta, quàm verissima, & pronde omnem humorem in cavitate aliqua præternaturali detentum putrescere, certum sit : attamen cùm humorum alius citiùs, ut calidus, alius tardius, ut frigidus putrescat, quemadmodum ex Avicenn. *lib. 4. Fen. 1. Tract. 1. c. 2.* ubi agit de corporibus magis ad febres præparatis, colligitur, potest humor aqueus, ceu frigidus, si propè os contineatur, sua actuali frigi-

frigiditate, ac humiditate contra
dicti ossis exiguum calorem, atque
siccitatem agens, ipsius ossis tem-
peramentum, totamque ejus sub-
stantiam corrumpere, antequam
ipse putrescat, cùm diù ratione frii-
giditatis in ipsius natura immora-
ri possit.

Et si adhuc instaret, dicendo: S
prædictus humor aqueus non it
propè os continetur, ut superiù
supposuisti, sed paulò longiùs a
eo abest, ita ut per multa media a
os transitus ei contingat; tum
certè ob multam moram, nemp
per hebdomadam, antequam c
dictum inficiat, putrescit. Erg
falsum est, os ab ipso humore a
queo sine putredine corrumpi.

Ad istud triplici modo est re
spondendū. Primò falsum esse hu
morem aqueum tàm citò putre
scere, cujus ratio superius di
fuit

uit; nimirum quòd, ratione fri-
iditatis, putredini admodum re-
istat, quod & experientiâ com-
robatur. Nam quotidie herni-
s aquosas ferè inveteratas, cæte-
osque aqueos tumores secare vi-
demus, è quibus aqua satis clara,
impidaque emanat, ubi quia
amdiù sine putredine persistere
otuit; consequens est, eandem
dictas etiam partes sensim pene-
rando donec os attingat, ipsum
s, veluti diximus, sine putredine
orrumpere posse.

Secundò respondetur: Humo-
es omnes Ventositatem Spinæ
rocreantes agere quod agunt,
ntipathiâ quadam, quemadmo-
lum in Introductione hujusce
Tractatus innuimus, quæ inter
umores dictos, atque os reperi-
ur; veluti inter leporem mari-
um, & pulmonem; ac inter can-

tharides, & vesicam. Et hinc essi
quòd, postquam talis humor in
corpore est procreatus, ac à facull
tate expultrice ad aliquam debili
orem partem expulsus; ferè illic
os inficere, Ventositatemque Spi
næ causare valeat.

Tertiò; dato, sed nullo modi
concesso, prædictum humorem
antequam os attingat, illudqu
corrumpat, esse semper putridum
notanter dico semper, quia al
quando potest esse putridus, w
antequam influxit, vel post flu
xionem, ob aliquod vitium lab
rantis partis; tamen cùm sit t
nuis & frigidus, minimè per p
tredinem acutam, salsam, nitr
samque qualitatem acquirit. Ul
de primæ qualitates summop
secundas dictas superant; & pr
pterea corruptio ex illis, non v
ex his procedet, licèt ab his adj
ventur. Pot

Potest autem & alia moveri difficultas; nimirum si humores ex venis procedunt, & non adest virulentia ex osse immediatè scaens, (28) *priùs carnem, quàm os attingent*; hincque semper primò carnem, atque etiam cutim, & deinde demum os inficient: At experientia nobis contrarium demonstrat. Priùs etenim os, quàm caro, cutisque ipsa inficitur. Quando enim ulcus apparet, os detectum specillo exploramus, ubi certissima corruptio est.

Hìc duplicem dabimus responsionem. Primò hoc contingere, ut superiùs diximus, propter antipathiam, quæ est inter humorem corrumpentem & os: secundò hoc evenire, quia caro magis calore nativo, quàm os prædita est. Et cùm calor iste nativus principale sit animæ instrumen-

tum, eoque mediante omnes e
dantur operationes ad conservan
dum subjectum, in quo est, neces
sariæ, in alio autem membro in
majori, ut in corde, & in alio in
minori, veluti in epate, carne, att
que similibus, & tandem in alii
in minima sit quantitate, ut in
osse, agatque, prout vel magis, ve
minus est in aliqua parte; him
fit, ut os minus, quàm caro, au
cutis contrariis qualitatibus ipsi
corruptioni resistat.

Et si adhuc quis insurgeret di
cens: Utique ossa magis, quàm
carnem, cæterasque partes corru
ptioni resistere, & hoc tali pac
probaret: quod est ultimum i
corruptione, magis resistit ip
corruptioni. Sed os inter cætt
ra membra ultimum est in co
ruptione, ut in cœmeteriis vid
miu

nus. Ergò os magis quàm caro orruptioni reſiſtit.

Huic objectioni reſpondetur: Vel nos loqui de mixto tantùm, rout eſt mixtum, vel loqui de orpore vivente. Si loquamur le primo, verum eſt, os magis orruptioni, quàm cæteras partes epugnare, quia eſt temperamenti frigidi, & ſicci, terreſtrisque naturæ. At ſi loquamur, ut nos loquimur, de corpore vivente, os nagis, quàm caro corruptibile ſt, cùm calor nativus, quemadnodum diximus, in eo ſit minimus, in carne autem multus.

ANNOTATIONES *ad* CAPUT V.

1) NOs neque in hoc noſtro, neque in aliis morbis cauſam naterialem agnoſcimus, ſed ejus loco

ſubjectum, cui morbus inhæret, conſi-
deramus, de quo fuſè egimus *Anno-
tat. Cap. III.* ad *num. 3.* Morbus e-
nim quia accidens eſt, quid opus ha-
bet materia?

(2) Aliàs communiter cauſæ mor-
borum efficientes tres numerantur
proxima nimirum, antecedens, & pro-
catarctica. Quoniam verò alii, inter
quos noſter quoque Author eſſe vi
detur, duas has poſtremas ſub una
remota complectuntur, ideo eodem
res recidit, ſive duæ, proxima ſcilicet
& remota; ſive tres enumeratæ morbificæ ſtatuantur cauſæ.

(3) De cauſa proxima lis eſt. Pam
dolphinus noſter eam ſtatuit eſſe hu
mores corrumpentes actu morbum fa
cientes, de quibus ſupra *Annotat.* au
Cap. III. num. 4. ſufficienter actum
A quo quanquam Severinus *Cap. 13
p. 305.* non usque adeò diſſentire vi
deatur, ubi in Pædarthrocaces fun
definitione, quam *Annotat. Cap. III.*
ad *num. 1.* membratim examinavimu
proximæ cauſæ loco inquinamenta pe

congr

congestum in affectam partem illapsa, biqúe computrefacta posuit; quia tamen ex illapsis his inquinamentis, sive semiputribus, & alienis humoribus ossa demum inflammari, & ab hac denique inflammatione abscessum, & corruptelam, atque adeo ipsam Pæarthrocacen ossa illa pati scribit *cap. 1. pag. 302* eapropter inflammationem potius à dictis humoribus ortam pro proxima causa habere, & non solum, quasi sui immemor, sibi ipsi, sed & nostro, aliisque forte Authoribus contrariari videtur. Et D. Paul. Ammann aliquoties allegat. Disputat. *Cap. 2. §. 6.* inflammationem, potissimùm ab intra, ut interdum in scorbuto, morbo Gallico, lepra, variolis provenientem sine ulla hæsitatitione *Spinæ Ventosæ* causam immediatam, sive proximam esse dicit, additqúe à nemine etiam in dubium hoc vocari, fretus imprimis, quem adducit, Anton Molinetti authoritate, qui *Dissertat. Anatom. Pathologic. de sensibus p. m. 110.* inter gangrænam, *Spinamq; Ventosam*

talem non inelegantem comparationem instituit, ut dicat, quòd, quemadmodum post insignes inflammationes in partibus mollioribus producitur gangræna; ita in durioribus, hoc est, in ossibus ab eadem inflammatione producatur *Spina Ventosa*. Unius ergò effectus cùm una tantùm proxima causa esse possit, ex duabus recensitis vel una vera, & altera falsa, vel ambæ ita conciliandæ invicem erunt, ut una inde resultet, binæque pro una stare queant. Conciliari autem commodè mea quidem sententiâ hâc poterunt ratione, si dixerimus, quòd inflammatio necessariò præsupponat humores peccantes, in parte aliqua remorantes, à quibus inflammatio illa immediatè procedat; & quòd rursus humores dictos in osse concluso, propterque impeditum suum per venas recursum quasi sufflaminatos non possit non inflammatio sequi. Iccirco uti nec inflammatio sine humoribus fieri; ita nec humores diù alicubi persistere queunt, quin inflammationem pro-

gignant.

gignant. Utraque ergo asſignata cau-
ſa pro una ſtat, modo vel ibi *Spina Ven-
toſitatem ab inflammatione corrum-
pentes dictos in oſſe interceptos humo-
res ſequente ;* vel hic *eandem ab iis-
dem humoribus in oſſe conſtrictis, in-
flammationem inferentibus ortum
proximè ducere*, addatur. Sicque pa-
rum referet , ſive hæc ſive illa pona-
tur, quemadmodum parum refert, ſi-
ve v. g. gangrænæ communis cauſa in-
flammatio ab affluxu humorum orta,
ve affluxus humorum inflammatio-
em excitans dicatur. Vel ſi hoc ex-
mplum minus arridet , quemadmo-
um parum refert, ſive e. gr. pleuriti-
is cauſa proxima, inflammatio pleu-
æ, vel impeditus in pleura ſanguinis
efluxus, cum ejusdem inflammatio-
e ſtatuatur ; prout nempe aliter at-
ue aliter ipſe affectus concipitur. At-
ue hanc ipſam oſſis inflammationem
nà cum proxima ſua *Ventoſitatis
pinæ* cauſa ipſum quoque *Pandol-
hinum* ſimul comprehendere voluis-
e, inde colligi poſſe videtur , quòd

ibidem cum proxima ſive conjuncta
cauſa, quam ſæpè dictos humores actu
morbum facientes conſtituit, laboran-
tis partis intemperiem conjungi dicit,
per quam quin calida potiſſimùm, in-
flammationem, ſi aliquandiu durat,
infallibiliter inducens, ſubintelligen-
da ſit, nullum prorſus eſt dubium.
Quanquam autem quòd oſſa revera
poſſint inflammari ulteriori probatio-
ne non indigere videatur, cùm hoc jam
ſupra ſatis abundè oſtenderimus, ubi
oſſa abſceſſibus tentari demonſtravi-
mus; ſpecialibus tamen argumentis,
iisque ex Severini *cap. 11. pag. 302.*
potiſſimùm deſumtis, ut nullus pror-
ſus dubitationis relinquatur locus, i-
dem demonſtrare non abs re fore de-
putavi. Multis pueris *Spinoſis Vento-
ſitatis* oſſium abſceſſibus correptis eo-
rundem oſſium quà ſemiputres, quà
putres, ſanieque, & ſucci lentore ma-
ximo confectas particulas extractas
vidit Severinus, hincque infert, illam
putredinem ſine fervore, atque inflam-
matione non fuiſſe inductam. Imò

carti-

artilagines in ſenibus , tum aurium, um narium , tum ſterni poſt inflam- nationem in Venereo morbo pereſas epiſſimè vidit. Puerorum igitur hæc ſſa mollia (addo ego & adultorum uriora , cùm & in hæc ſanguinis per rteriolas influxus, & per venulas im- editus refluxus, ceu inflammationis auſa cadere poſſit) inflammationis apacia non fateamur ? Ad hæc in oſſa, ddit, venæ ſubeunt , & arteriæ , licet uſillæ, & inaſpectabiles, per quas, ſi ad la oſſa ſuccus alienus, & importunus efertur, & confertim in iis aliquando umulatur, maximè hic ea valet inal- erare , atque in calidam diatheſin im- nutare, ſic, ut aliquando inflammen- ur , & inflammata ſubeant abſceſſum c. Poſtremò, inquit idem, perſuadet nflammationem oſſis augmentum in e inductum. Unde enim hoc, præter- uam à putredinis fermento ? fermen- um autem unde? præterquam ab in- lammatione ? Ab inflammatione er- gò devaſtari, corrumpi, ac labefactari poſſe oſſa tam certum ex his eſt, quàm

quod certisſimum. Quibus conjunge quæ *Annotat. Cap. III. ſub num. 1.* *pag. 107.* dicta ſunt, addeque, quod ibi obliti ſumus, ponderoſum Paræi ex Galeno traductum teſtimonium hiss penè verbis *Chirurg. libr. 11. cap. 12.* itemque *lib. 18. cap. 26. Oper.* contentum: Inflammatio, inquit, ſæpè ab oſſibus initium habet. Imò non modo phlegmone, & inflammatio, ſed & caries & corruptio ſæpe oſſa primùm invadit, & ab oſſibus initium ducit. Sic enim multos elephantiaſi, & lue Venerea infectos, cute ac carnibus integros, pulchrosque videas, quorum tamen oſſa carie exeſa, ac pertuſa inſigni etiam ſæpè cum propriæ ſubſtantiæ jactura conſpiciuntur. Ita Paræus.

(4) De qualibet paulò poſt ſeorſim.

(5) Hæc magis remota cauſa ab Inſtitutioniſtis procatarctica communiter vocatur.

(6) Res Non-naturales ſic dictas quaſi medias inter naturales, & præternaturales; vel quia indifferenter ſe habent,

habent, & pro ratione usus nunc juvare, nunc lædere sanitatem valent, Neoterici quidam non malè in simpliciter necessarias, & secundum quid necessarias, sive contingentes dividere solent. Illarum cum Veteribus sex vulgò numerantur, nimirum aër, cibus & potus, somnus & vigiliæ, motus & quies, excreta & retenta, animique pathemata; quarum aliquas saltem nominatim perstringit Author noster, contrà quàm plerique faciunt potissimùm, qui publicas Disputationes conscribunt, ubi sæpè, quomodo dictæ sex Res Non-naturales ad procreandum morbum concurrere possint, fusiùs, quàm res exigit, sæpeque satis inani verborum circuitu, deductum reperies. De his nemo meliùs, nemo enodatiùs, nemo ad hodierna nov-antiqua Medicorum inventa accommodatiùs scripsit, quàm Gualter. Charleton *in Exercitat.* suis *Pathologicis*, ubi quomodo quælibet ex his Non-naturalibus Rebus sanitati incommodare, morbumque quemlibet accelerare

queat, mirâ diligentia accuratiſſimè expenditur, quem propterea adiiſſe, & hac noſtra quoque in cauſa conſuluiſſe non pœnitebit. Res Non-naturales ſecundum quid neceſſarias, ſive contingentes Moderni vocant medicamenta, & operationes Chirurgicas, eò quòd & hæ indifferenter, & medio modo ſe habeãt, atque vel prodeſſe vel obeſſe poſſe deprehendantur. Nec dubium eſt, quin ſiniſtrè modoque ac tempore indebito uſurpatæ noſtro quoque affectui, ut ſeſe exſerat, magnam feneſtram aperire valeant, quod reapſe comperiet, qui curatiùs in eos inquiſiverit. De hac Rerum Non-naturalium diviſione vid. Clariſſimus Altdorphinus Medicinæ Profeſſor, D. Jacob. Pancrat. Bruno, Fautor & Collega noſter plurimùm honorandus, *Dogmat. Medicinæ Generalium Part. 1. cap. 6.*

(7) Regredere ad Cap. IV. ſub initium, nec non ad *Annotat. Cap. III. num. 3.*

(8) Emunctoria maximam partem glan-

landulosa sunt, qualia in collo , sub xillis,& in inguinibus potissimùm haentur,ad quæ nutritias , vel vitiosas, bique molestas etiam portiones sors natura non sine sui levamine deonere quandoque solet, vel ut nutrimentum apponendas, vel per insensilem transpirationem foras porrò eminandas. Unde si quando tum dictæ portiones non apponuntur, nec x emunctoriis suis ejiciuntur, sed reinentur, in iisque coacervantur , ac olliguntur;varii generis tumores,sed præcipuè strumæ, scrophulæ, & buones inde oriuntur.

(9) Strumæ enim nihil aliud sunt, uàm scirrhosi glandularum colli tunores, provenientes à melancholico, pituitoso humore, vel rectiùs, à nutritiarum sanguinis lentarum, ac crasorum portionum collectione, & inuratione.

(10) Nodi verò, Ganglia, & similia ubercula , alias partes , & quidem anus potius, genua ac pedes, prope rticulationes,ubi tendinum,ligamentorum,

torum, & nervorum est concursus occupant, à materia cæteris abscessibus cum folliculo non absimili plerunque orta.

(11) Atheromata tandem, pulti, & fortassis Steatomata etiam, sebo, Meliceridesque, melli similem in propriam tunica, sive folliculo concluſam materiam continentia, aliique hujus farinæ abscessus ultimi sunt, quos ab eadem remota causa, ab excrementitiis nimirum humoribus in cerebro congestis, indeque ad diversas corporis partes transmissis, ibique collectis ortum quandoque ducere posse scribit Author, cui nolumus refragari, utut nom ignari, alios aliud sentire.

(12) Quòd somnus nimius atque immoderatus diversarum noxarum causa esse possit, confirmat ipse Hippocrates *libr. 2. Aphorism. 3.* & in hunc Commentarius Joh. Heurnii, quem vide sis; nec non Galenus *lib. 12. Meth. Med. cap. 3.*

(13) Omnem enim solemnis & consuetæ alicujus evacuationis suppressi-

onem,

nem , indeque utplurimùm oriun-
lum humorum ad interiora recur-
um, ſive Palindromiam periculoſam,
x plurimorum ſæpe malorum cauſam
ſſe, peculiari Libro , quem de Palin-
romia meditor, ſi vitam, vires & oti-
m Deus conceſſerit, olim oſtendere
onſtitui. Interea videatur Guerner.
olfinckius *Ordin. & Method. Medi-
in. Special. lib. 2. Sect. 3. cap. 96. 97. 98.*
bi non ſolùm quàm varia ſympto-
nata ex menſium, hœmorrhoidum,
nuci, & ſalivæ; ſed etiam ex urinæ, ſu-
oris, & inſenſibilis tranſpirationis in-
ibitione, ac ſuppreſſione propter re-
urſum, ſive palindromiam ſuccreſce-
e ſoleant, eleganti ſtylo conſignatum
eperies. Imò Eundem b. m. Virum
uppreſſis menſibus in puella ipſam vi-
iſſe *Spinam Ventoſam* notat Götſius
ræſide Mœbio, *in all. Diſſ. de Spina
entoſ. cap. 3. p. 26.*

(14) Falsâ Author niti videtur hy-
otheſi , ac ſi, quod Veteres quidam
rediderunt , lien per venæ ſplenicæ
amulum , vas breve dictum, melan-
choli-

cholicum excrementum in Ventriculum eructaret, & ex illius vasis obstructione, impeditoque melancholici illius excrementi à liene in Ventriculum transitu excrementum hoc in sanguinem redundaret, atque inde varii morbi orirentur. Quæ tamen doctrina falsa deprehenditur, & vel hoc uno refutari potest, quod vas breve non desinat in ipsam Ventriculi cavitatem, nec sanguinem à liene Ventriculum versus, sed potius è contrà à Ventriculo versus lienem ferat, certissimo indicio, illam de melancholico excrementi in Ventriculum eructatione nil nisi inane commentum, illamque lienis obstructionem nullam esse adeoque & nostrum Authorem, si quidem hanc obstructionem intelligit erroneaVeterum vestigia legendo cum illis ipsis hallucinari videri.

(15) Felleæ verò vesicæ obstructio suo etiamnum stat talo; certumque est, non levia inde enasci mala, tametsi tantum absit, ut bilem inter excrementitios humores numerent Mo-

derm

erni, ut potiùs balſamum vitæ appel-
re, & neſcio quo alio ſplendido titu-
nonnulli inſignire non erubeſcant
cum ſucco pancreatico in inteſtino
uodeno permixtam, chyli ſummè ne-
eſſariam fermentationem optimis
nimalis rebus rectè ſe habentem uni-
è cauſari ſtatuant.

(16) Vid. *Cap. IV.* ſub initium, item-
ue *Annotat. Cap. I. ad num. 26.*

(17) Breviter, in omni fluxione ſive
υματίσμῳ quatuor imprimis conſide-
anda. (1) terminus à quo, qui eſt
ars mittens. (2) terminus ad quem,
l eſt pars recipiens. (3) terminus per
uem, ſuntque vel arteriæ, vel nervi,
el fortaſſis etiam quandoque, ſed ra-
iùs venæ, nec non carnoſarum par-
ium pori, inaniaque ſpatia. (4) deni-
ue cauſa movens, eaque vel in hu-
nore, quò is ſua naturâ tendit, vel in
artibus, prout alia pars pellens eſt,
mittens; alia contra recipiens.

(18) Sermo hic de Morbis hære-
litariis eſt, qui utique nihil aliud ſunt,
quàm quorum cauſæ vel mediante ſe-
mine,

mine totam generantis ideam compendio quasi in se continente vel etiam minus laudabili alimento, quo fœtus in utero mutritur, à parentibus in ipsos liberos traducuntur, simul acc propagantur, adeo ut unà idem vitium, cui parentes antea fuere obnoxii, in liberos quoque transfundatur, epilepticique epilepticos, podagirici podagricos, calculosi calculosos, *Spinæ Ventositate*, lue Venerea, aut simili affectu affecti, eidem affectui obnoxios liberos &c. plerunque generent. Ut enim ea, quæ sunt secundum naturam plerunque à parentibus in liberos derivantur, liberique parentibus non solùm secundum speciem, sed & secundum sexum vel etiam individuales proprietates similes nascuntur: Ita etiam si quid morbosi est in parentibus, & illud in liberos traduci, ipseque illic morbus, vel morbosa dispositio, qua parentes laborant, per semen succumque, quo fœtus in materno utero fruitur, malè dispositum, in liberos transire, & in iis suo tempore exserere se

solet.

olet. Ex Sennert. *Inſtit. Med. Libr.* . *Part. 1. cap. 11.* cui jungatur Greg. lorſt. *Oper. Med. Tom. II. p. m. 369.*

(19) Humorum attractionem à do-ore, Veterum nonnullorum ſenten-iâ, ortam jam ſupra *Cap. IV.* ad *num.* 5. exploſimus.

(20) Congeſtio humorum, ſive θρεισμὸς, quo fieri ſoleat modo, ad uatuor imprimis claſſes referri poſſe idetur. Vel enim (1) fit congeſtio, uando nutrimentum laudabile ad artem aliquam defertur, ob partis erò vitium aliquod non ritè conco-uitur, nec apponitur, ſed corrumpi-ur, ſubſiſtit, & dum continuè novum ffluit, ita coacervatur, ut tandem in umorem partem illam attollat. Vel (2) cùm ſanguis ſive nutrimentum malè ſe habens à parte, aliàs quidem anâ, ſed naturaliter frigidiori, & ob caloris defectum imbecilliori, ad quam appulit, ſubigi, & in ſui ſubſtantiam converti nequit. Vel (3) ſi debilis partis expultrix facultas omnia ali-menti ſui excrementa inſidiosè quaſi obre-

obreptantia non, ut par est, expellit, sed p. n. retinet, unde iis subinde coll. lectis, nutrimentum quoque pòst subsequens ipsum inquinatur, tumorque exinde exsurgit. Vel (4) quando partis alioquin satis firma expultrix obt viarum, meatuumque seu à frigore seu à materia multa, atque crassa prognatam constipationem excrementa sua excernere, aut aliò transmittere non potest. Atque his congestus modis *Spinæ Ventositatem* frequentiùs quam fluxione fieri his ferè rationibus probat Severinus *cap.* 7. cùm quòd fluxionis modus sit obscurus, tum etiam propter alias causas defectus, maximè verò, quia viæ defluxionum toto corpore non extant, ad ossa adeo expeditæ, uti invehendo per congestum alimento, quod, dum ad partes nutriendas amandatur, admixtas superfluitates secum facilè ducit. Ad hæc congestio eò in affectu nostro evenit facilior, quò magis illa nutritii sanguinis ad partes nutriendas ablegatio præfluxione perennis est. Quam de congestico

eſtione opinionem non ſolùm Petr. b Argillata Chirurg. *Libr. 5. Tract. 22. ap. 2.* nec non Joh. à Vigo *Libr. 9. ap. 34.* ſed etiam D. Paul. Ammann, Diſputat. de *Spina Ventoſa cap. 2. §. 7.* laris verbis confirmant. Et quidem le, dum *Spinæ Ventoſitatem* fieri ſcrit, quando aliqua materia in ſubſtania oſſis *congregatur*, ex debilitate virutis aſſimilativæ , vel ex debilitate nembri , unde *congregatâ materiâ* auſatur apoſtema. Vigo verò, quem ɔſe Severinus *loc. cit.* pro ſe allegat, ongeſtionem his verbis teſtatur, uando præſentem Morbum à mateia interdum corrupta , & venenoſa efectu virtutis asſimilativæ occaſione debilitatis membri generari notarit. Tandem Ammann. conveniunt, nquit, Authores omnes in hoc, quòd *Spina Ventoſa* fiat, non per affluxum pecialem (generalis enim, qui per arerias inſtituitur à nemine vocatur in ubium,) ſed potiùs per *congeſtum*, noc eſt, contrahitur humor corrumens paulatim in oſſe , ex alimento ſupe-

ſuperante in forma ichoris , qui obt
loci , aut partis debilitatem nec conn
coquitur, quoniam ad alendum eſt inn
eptus ; vel etiam ſi benignum nutrii
mentum affluxerit , ab eo, quod jam
corruptum eſt in articulis , ſtatim vii
tiatur , nec expellitur , ſed ibidem maa
nens tumorem excitat &c. Ex his quii
non videt , plus tribui congeſtionn
quàm fluxioni , vel, ut Severini verbii
utar, majora congeſtus eſſe momentr
quàm confluxus in hoc oſſis abſceſſi
procreando?

(21) Per reconcentrationem hu
morum ad interiora recurſum , ſiv
Palindromiam, de qua ad *num. 13.* in
telligi, ex ipſis Authoris verbis harie
lari facilè licet. Ortum autem ex e
Spinæ Ventoſitas ducere poteſt, dum i
Variolis, Morbillis, aliisque forte ex
anthematibus , Lue Gallica quoqu
& hujus farinæ affectibus materia pe
cans, vel ad exteriora demum vergen
imperfecto autem critico motu
via impedita in ſanguinem iterum r
dundat, eamque conſpurcat; vel
exte

xternam cutis ſuperficiem jam pro-
ruſa, inque ea efflorescens, ab ambi-
nte aëre, aut medicamento exterius
dhibito frigidiori, ac repellente, aliis-
ue externis injuriis repercutitur, ac
d interiora, contra naturæ inſtitu-
um, relegatur, hincque ſanguinem
a aggravat, premit, ac collutulat, ut
atura, moleſti illius oneris pernicio-
que hoſpitis pertæſa, antè intro ſus-
eptum, nunc iterum quò poteſt eli-
minare, & ad abjectiores potiſſimùm,
ermesq; partes, quales oſſa ſunt haud
rò, protrudere ſtudeat. Quod ſi ita
, *Spinæ* inde enaſcitur *Ventoſitas.*

(22) Revolvatur *Annotat Cap. III. num. 3.*

(23) Non contemnenda ratio hæc
ox ſequens eſt, quâ Author confir-
at, caput transmittentem partem
ſe plerunque ſolere. Transmittun-
ir autem à capite ſive in eo geniti,
ve aliunde transmiſſi pravi humores
l oſſa catarrho, ſive rheumatiſmo
aodam, cui pleræque, ſi non omnes
feriores partes ſubjectæ ſunt, & qui-

dem non immediatè, aut ſoli, ſed unà cum ſanguine, utplurimum per arterias & inania ſpatia, ſive inconſpicuos poros, rarò per nervos, & adhuc rariùs per venas, prout nunc in hanc, nunc in illam partem proniorem via patet.

(24) Stante ſanguinis circulari motu, hepar transmittens pars dici nequit, quippe ad quod omnis ſanguis nutritione partium reſiduus per venas regeritur, nullus autem ab eo ad partes fertur, infallibili argumento, hepar nec ad oſſa, nec ad alias partes quicquam transmittere, quò *Spina Ventoſitas* generari poſſet.

(25) Cor verò eatenus transmittens pars audit, quatenus omnis ſanguis, cujuscunque etiam conditionis, atque hinc ſive bonum, ſive malum partium nutrimentum poſſidens ab ipſo per arterias in univerſum corpus, omnesque ejus partes ſyſtole ſua ut eas nutriat, propellitur.

(26) Ventriculus hac fortaſſis ratione pituitam generare commodiſſimè:

mè dici poterit, quatenus ob frigidam, humidamque aliquam intemperiem, vel etiam fermenti quoddam vitium, chylificatio non rectè perficitur, chyusque minùs perfectè coctus, & crudus relinquitur, ex quo non potest non sanguis similiter crudus, minusque perfecte elaboratus fieri, quem Veteres pituitam, rectiùs autem Sennertus, C. Hoffmann. & omnes Moderni pituitosum sanguinem non uno n loco nominant, quemadmodum & lios duos humores, bilem puta, atque melancholiam, ceu partes massæ anguineæ, & illam quidem calidioem & sicciorem, hanc vero frigidioem & sicciorem, bilioſum melancho- cumque sanguinem appellare maunt, ne scilicet naturales hi humores, ve sanguinis partes cum p. n. temeè confunderentur: quod obiter adnare placuit.

(27) Quoniam præsens controversa, an os ab humore aqueo sine putrefine corrumpi possit? ab ipso Authore satis pertractata, & cum probatio-

nibus, tum objectionum solutionibus propugnata est, nihil addere, & saltu quasi eam superare consultiùs duximus, maximè cùm ipsa controversia non videatur tanti momenti.

(28) Confer, quæ dicta sunt Annotat. ad *Cap. I. num. 14.* itemque ad *Cap. V. num. 11.* & invenies ad quæsitum hoc, quî fiat, quòd humores in *Spina Ventositate* ossa priùs, quàm carnem attingant? quâ quiescere potueris, responsionem, ab ossium naturali imprimis præ cæteris corporis partibus imbecillitate deductam, quò minus ad frivolam illam inter corrumpentem humorem, atque os antipathiam, quam jam allegg. locc. ex Severino semovimus, provocare cogamur.

CAPUT

CAPUT VI.

De Differentiis.

QUoniam (1) *differentiæ à morbi eſſentia* deſumendæ ſunt, & in eſſentia tres continentur cauſæ,(2) *formalis*,ſcilicet,materialis, atque efficiens ; ab his tribus cauſis tanquam à triplici fonte omnes Ventoſitatis Spinæ differentiæ hauriendæ, & per conſequens ipſius ſpecies conſtituendæ ſunt. A forma igitur , quæ in prædicta Definitione erat corruptio,cum partis tumore,& intemperie, prout ipſa corruptio varia eſſe poteſt,ſic variæ efficiuntur differentiæ, quemadmodum etiam, prout tumor varius, intemperiesque varia,ſic variæ , atque plures differentiarum conſtituendæ ſpecies.

Corruptio quandoque superficialis, & parva; quandoque profunda, & magna est; interdum maligna, interdum minimè maligna, vel saltem non adeo maligna. Aliquando imminet, aliquando est in fieri, & aliquando in facto esse. Alia fit cum ossis erosione, alia absque illa. Efficiens enim (3) *non corrumpit os eroden-do*, cùm acredine, nitrositateq; careat: atque ita dicetur, Ventositas Spinæ cum superficiali, vel cum profunda corruptione: & sic de singulis differentiis.

Tumor, vel est ex suâ naturâ calidus, vel frigidus; calidus, calidior per accidens, nempe propter humorem putrescentem evadit; frigidus, eodem modo calidam acquirit naturam. Alius fit (4) *ante ossis corruptionem*, & ob humorum transmissionem; alius ipsâ

psâ corruptione in fieri, & in fato esse existente ; per attractionem alius ; alius per congestionem. Alius est durus, alius mollis; alius cum ingenti; alius cum emisso dolore.

Intemperies morbo imminente vel calida, vel frigida, vel humida, vel sicca est , itemque vel simplex, vel composita; vel cum materia, vel sine materia , quæ partes debiles reddit, cùm earum temperamento adversando, (ubi consueta concoctio non fit , sed nutrimentum in excrementum commutatur) tum eas relaxando, ut humida , tum ipsis (ut calida, cæteræque) dolorem inferendo. Notandum autem morbo nostro non nisi in fieri existente tantummodò, vel calidam & siccã; vel frigidam & humidam , nunquam verò intemperiem sine materiâ

peccare. Diximus enim manifestas qualitates in humore præsentem morbum efficiente esse acredinem, salsedinem, ac nitrositatem, quæ sunt calidæ, & siccæ; itemque humorem aqueum. Intemperies ipsa alia magna, alia parva, seu remissa est.

(5) *Alia Ventositas Spinæ*, & quidem ut plurimùm *in articulis* enascitur; *alia in cranio, atq; maxillis, alia in vertebris*; & *alia* tandem *in quavis corporis parte; in osse scilicet quolibet.*

(6) *Alia ab humore*, & suâ naturâ, & accidentaliter calido, ut a sanguine, & bile; alia ab humore per accidens calido tantùm; alia ab humore frigido, & humido, aliaque à virulento gignitur. Et præterea dictus humor, vel est corrumpens à principio, & erodens insimul; vel tantummodo

corr

orrumpens. Humor primus, el acris, vel salsus , vel nitrosus rit, qui ob istas qualitates os, velti lima, vermisque, erodit. Unle Galen. *de Causis Morborum 7.* cripsit ; *jam dictas qualitates in artibus carnosis afferre corrosionem, & in ossibus cariem inducere.* Humor verò solùm corrumpens, lle est, qui qualitatibus dictis caet ; nempe humor aqueus jam ominatus. (7)

ANNOTATIONES *ad* CAPUT VI.

(1) CUjuslibet morbi differentiæ aliàs communiter à ratione formali, materiali, & efficiente ; vel rectius à genere, subjecto, atque causis demi solent.

(2) Medici enim quando de causis morborum agunt , de sola efficiente

sermo ipsis est, posthabitis formalii (quæ nihil aliud est, quàm cujuslibe morbi essentia, natura atque idea itemque materiali, de qua Vid. *Annot. ad Cap. V. num. 1.*

(3) Vix capere possum, quomod corruptus humor aliquandiu in ossi stabulari possit, quin os erodat. Et tumor exterius in carne apparet, corr rosum os necessariò præsupponendum Quî enim corruptus in osse humo carnem atque cutem ossi superjacem tem in tumorem attollere possit sin ossis erosione & per id penetratione cùm ossis corruptio ab intra initium sumat?

(4) An tumor in *Spina Ventosi* at ante ossis corruptionem contingerr possit, non immeritò dubitatur. S enim ossium hic abscessus in ipsa ossi substantia, ac meditullio, coacervat ibi corrumpente materiâ, ortum du cit, testibus Avicenna, Argillatâ, Nic Florentino, Severino, aliisque, & a intra exteriùs serpit, priusq; ipsum os quàm periosteum, carnem, aut cutem

aggre

aggreditur, profectò non video, quî tumor carnis ossis corruptionem præcedere, aut ante ossis corruptionem fieri possit, etiamsi tum Malum ab humorum fluxione, sive transmissione proveniisse dicatur? quia & hac ratione humores aliunde per arterias unà cum sanguine transmissi ipsam ossis internam substantiam priùs, quàm alias circumsitas partes incessere debuerunt. Videturque Author, si hæc verba conferantur cum illis, quæ *cap.* 3. habet, sibi ipsi contradicere.

(5) Hæ differentiæ à subjecto desumtæ sunt, qua ratione alia *Spina Ventosi tas* fit in cranio; Severinus, *Pandolphin.* alia in dentibus, Avicennas, Galenus, Duretus, Ammann; alia in aurium & narium ossibus, Paræus; alia in osse palati, Sennertus, Mœbius; alia in processibus alaribus externis & internis, Ammann; alia in maxillis, Massa, *Pandolphin.* Severinus, Ammann; alia in osse jugali, Ingrassias, Severinus; alia in pectoris osse sive

sterno, Galenus, Ingrassias, Paræus, Se
verinus, Rolfinck; alia in vertebris, ve
circa dorsi *Spinam*, Avenzoar, *Pandol*
phinus, Rolfinck; alia in costis, Ingras
sias, Severinus; alia in homoplatæ ca
pitulo, Paræus; alia in ossibus humer
ri, Vigo, Paræus, Rolfinck; alia in ossi
bus cubiti, id est, in radio & ulna, Ar
gillata, Vigo, Severinus, Petr. Marchett
tis, Rolfinck, Scheffer; alia in ossibu
carpi, Paræus, Petr. de Marchettis
Rolfinck, Dominic. de Marchettis
Scheffer; alia in ossibus metacarpi,
digitorum manus, Scultetus, Volca
merus, Velschius; alia in osse innomi
nato, C. Hoffmannus; alia in osse sacro
Hippocrat. Joh. Langius; alia in ossi
bus femoris & tibiæ, Vigo, Severinus
Petr. de Marchettis, Velschius; alia i
ossibus tarsi, Rolfinck; alia in speci
in osse calcanei, Joh. Van Horne, Vel
schius; alia in malleolo, Severinus
Petr. de Marchett. alia in ossibus me
tatarsi, & digitorum pedis, Velschius
Binningerus; alia in specie in pedis dex
tri minimo digito, Mœbius; alia in ple

risqu

risque osseis corporis partibus simul, Severinus ; alia fortassis fit in adhuc aliis ossibus. Quorum omnium, quos hîc allegavimus Authorum loca, quibus in dictis diversis ossibus *Spinæ Ventositatem* observare contigit, *Annotat.* ad *Cap. III. num. 1. 3.* & alibi expressa invenies.

(6) Et hæ differentiæ à diversitate causarum proficiscuntur , quo nomine *Spinæ Ventositas* ortum trahere dicitur vel ab humore acuto, id est, acri, vel salso, nitroso subtili, atque tenui; vel è pituitoso , & aqueo ; vel à sero corrupto, sive serositate ; vel à materia levi, atque halituosa ; vel à putribus sanguinis, & acribus rheumatum, sive putrilaginis ichoribus ; vel à putrescente, & acriori pituita, & quidem vel ita corruptis, antequam affectam partem subierant ; vel in affecta demum parte ita redditis ; vel tandem oritur ab humoribus malignis , & virulentis ; vel suâ naturâ non virulentis , iisque iterum talibus , vel antequam in affectam partem se dimise-

rant, vel talem virulentiam in affectaa demum parte nactis; omnibus certè vel per affluxum vel per congestum im osse, Morbi subjecto, collectus.

(7) Cùm præter Pandolphinum noſtrum, atque Severinum nemo hac-tenus adductorum Authorum *Spinæ Ventosi tatis* differentias sigillatim atque ordine omnes enucleatiùs propo-suerit, Severini in compendium redacta verba, quæ *cap. 16.* de Differentiis agente leguntur, transcribere, & sub calcem hujus capitis hîc annectere, non abs re fore duxi. Quæ ita penè habent: Exponemus hic Pædarthrocaces differentias non quidem constitutivas, quæ nullæ sunt, verùm eas solùm, quæ modum immutant, maximèque eas, quæ ad curationem faciunt. Has autem applicabimus potissimùm ad subjectum, ejusque affectiones, quo respectu hominis, qui morbo hoc laborat, crasis, & constitutio, habitus item, ac textura; sed & præcipuè ætas perpendenda venit; cujus quippe ratione vel firmiores, vel imbe-

mbecilliores quidam ſunt, hincque el levius, vel pejus ad morbum ſe abent. Deinde ex ſubjecti affectioibus hæc reſultat differentia: Prout imirum morbus vel perfectè inhæerit, & penitiſſimè illatus vix curabis, id eſt, fixus, & ſive ab inſito famiiæ charactere, ſive Venereâ contagione, ſive malo & cachectico corpois habitu contractus; vel leviuſculè altem, & à mitioribus cauſis inductus fuerit.

Altera differentiarum claſſis formam in ſubjecto concernit. Unde lia *Spinæ Ventoſitas* magna vel parva rit; alia plures, vel pauciores partes ccupabit, alia in hac, vel illa parte abulabitur; alia vehementius, vel nitius affliget; alia diu durabit, vel on. Ad magnitudinem ſpatium quoue pertinet: ſic Petr. ab Argiliata *Spinæ Ventoſitatem* diſtinguit in illam, quæ totum oſſis ambitum complectiur, & ad medullam usque progrediur; & in illam, quæ partem tantum ngreditur. Et Nicolaus Florentinus

diffe-

differentiam facit inter *Spinæ Ventosi-*
tatem in summo versantem, & illam
profundiùs delapsam, cui Vidius terr
tiam speciem addit, nimirum illam
quæ ad alteram etiam ossis partem
transgreditur. Verbo, una erit latiùs
patens; angustis finibus concluſa altee
ra. Ad tempus quod spectat, est illud
vel discretum, vel non discretum: sub
discreto comprehenditur Morbi initii
um, aut incrementum, aut status; non
discretum verò, longitudinem & bre
vitatem includit. Ad quem ordinem
motûs quoque divisio pertinet, cujus
ratione alia *Spina Ventosi tas* tardè; a
lia acutè procedens erit. Loci diffe
rentias quod attinet, vel affectus e
ipse articulus, vel proximæ ossis par
tes, processus nimirum, aut pars cite
rior, aut reliquæ partes. Post hæc
vel artuum, vel mediarum partium
articuli Pædarthrocace tenentur: cùm
ipse ad os malæ supremum, & circa
nodos pectoris, costarumque, cario
sum hoc apostematis genus inter alios

iii

Bibliopolæ cujusdam filia curave-
m.

Tertia differentiarum classis causa-
m est, quæ semper internæ sunt, qui-
us antè relatis addere potes vel hu-
orum affluxum, vel congestum, &
uidem vel divisim, vel conjunctim
mtos. Ipsorum autem humorum
espectu alia *Spinæ Ventositas* prove-
iet vel à biliosis, & acribus, ut pla-
uit Arabibus; vel à pituitosis, & pu-
ribus, ut Langio visum est; vel à san-
uineis putribus ichoribus, quæ no-
ra fuit opinio: & præterea vel à cor-
odentibus, vel à corrumpentibus, si-
nul vel seorsim acceptis: denique
el à simplicibus sive sinceris, vel à mi-
is; vel à crassioribus, vel à tenuiori-
us; vel à magis coctis, vel à crudi-
ribus; vel à dilutis, vel à salsis nitro-
sve; vel à benignis, vel à malignis;
el à multis, vel à paucis; vel ab afflu-
ntibus quotidie, vel sine affluxu col-
ectis humoribus.

Quarta differentiarum classis ex ef-
ectuum fonte hauritur. Unde aliud

ab

ab ossis corruptorio abscessu in carnes derivatum ulcus latum vel angustum, aliud æquale, vel inæquale; aliud purius, vel putrius; aliud simplex, vel multiplex: paucis, vel sic vel aliter affectum erit; prout nimirùm ipsa ulcera communiter aliàs distingui solent. Quandoquidem ossis corruptio diu durare non potest, quin eam superjacentis carnis exulceratio paulò post sequatur. Quapropter & hinc iterum alià differentia pronascitur, quatenus nempe in alia *Spinæ Ventositate* os corruptum carne adhuc contectum, in altera verò caro jam pertusa est & hiat. Porro aliam *Spinæ Ventositatem* dolor comitatur, aliam non comitatur; alia cum febre, & quidem vel continua, vel intermittente, hectica vel putrida conjuncta, alia contrà febris expers est. Postremò aliam macies, aliam neuter corporis status sequitur.

CAPUT

CAPUT VII.

De Signis in genere.

A Vicennas *lib. 4 Fen. 4. Tract. 4. cap. 9. Inceſſus*, inquit, *ntoſitatis Spinæ eſt inceſſus dolo- junctarum; Veruntamen* (1) *ateria in dolore junctarum eſt, carne, in Ventoſitate autem Spi- eſt in oſſe;* id eſt, (2) *propè os, l inter os*, & *perioſteum;* cum ipſum minimè ſentiat. At- ie ſi materia propè os eſt, ali- io tamen corpusculo median- ,tunc mordicativi, pungitivique) *dolores* inde cauſari poſſunt. autem inter os, panniculumque ſum tegentẽ contineatur, dolor frangitivus ex Avicenn. *libr. 1. n. 2. cap. 20.* & Galen. *2. de Lo- Affect. 7.* veluti in primo capi-

te

te dicebatur. Nimirum ægro
tans os sibi frangi existimabo
Quod cum ejusdem Galen. sen
tentiâ eodem in loco ex Archig
ne probè convenit; ubi ait: *Do*
lores à membranis ossa circumdan
tibus dependentes, perinde afflige
comperiuntur, ac si in ossibus ip
existerent. Est autem mater
contenta, aut humor, aut Vento
sitas (licèt frangitivus dolor etiam
à frigore, & à nimia exercitation
causari possit) Si fuerit humo
necessariò (meo equidem judicio
tenuissimus erit: ut ichor bilis, m
ossis fuerit excrementum ibi pr
priè collectum. Crassior enim
tum calidus, tum frigidus, cùm
ob moram putrescat, (non enim
tam cito potest introire, periost
umque perforare) & proinde i
cultatem erodendi acquirat, p
tius exedendo, quàm periost
porr

oros penetrando ad os pertinge-
e potest, unde magis mordicati-
um , quàm frangitivum dolo-
em producere aptus natus est.
ste autem bilis ichor licèt ob na-
uram suam tenuissimam, acredi-
nem & aliquam fortassis acquisi-
am putredinem , aliquantulum
nordicet , atque pungat, tamen
ransitus ad os , penetrando &
quidem celeriter periosteum, cæ-
erasque superpositas particulas,
non nisi erodendo ei contingere
potest. Cujus ichoris modica fue-
it quantitas, nullam gravitatem,
vel certè satis obscuram in parte
affecta ægrotantes, sed non nisi a-
iqualem calorem sentient. Quo
dolore perseverante, & calida in-
temperies, & tumor manifestè ap-
parebunt. Ne autem ullo pacto
à veritate discedam (in quantum
discursus mei navicula sustinere
valet,

valet, ac experientia me magistr
docuit) semper ferè vidi hujus
modi dolorem frangitivum (4))
flatulenta materia procreatur
fuisse; ubi ægrotantes de ossis fra
ctione valdè conquerebantur; re
dibatque per intervalla, & horar
quadrantem in affecto membr
durabat. At resolutâ materiâ
jusmodi patientes per mediam
noctem (5) (*nocturno* enim *tem
pore* aliàs *magis affliguntur*, quàm
diurno) aut etiam per noctem in
tegram; imò per duas noctes ab
que ullo quiescebant dolore. Ma
teriâ verò iterum genitâ, iterum
invasit dolor, ob quem tandem
calor, ac tumor partem afflictam
occuparunt. Et ubi nullum ac
erat pondus, maxima supervem
gravitas. Dolore præterea à spi
ritu flatuoso genito brevius tem
pus patiens vexari quidem soli
sle

d intensiùs, quàm quando dolor
t ab humore, quia spiritus fla-
nosus facilius ipso humore in-
rat, atque egreditur. Sunt autem
olores vel pungitivi, vel mordi-
ativi, vel extensivi, idque vel ma-
ori, vel minori impetu affligen-
es, prout morbus, aut in princi-
io, aut in alio fuerit tempore,
c prout etiam materialis, efficiensque extiterit causa. Humor tenim hujusmodi efficiens dolorem, aut erit in minima, aut in naximâ quantitate; aut propè, ut longè à periosteo situs, nervos imirum, tendines, carnem, membranasque magis, quàm ipsum periosteum afficiens.

Aqueus humor quanquam suâ naturâ tenuis sit, admodumque putredini repugnet, quia tamen modicæ est activitatis, & periosteum ossi valdè affixum, non nisi sen-

sensim, multoque temporis inte:
vallo dictum perioſteum ab oſſ
refigere, intusque permeare vale
Quando verò interim dictum p
rioſteum corrumpitur, atque di
laceratur, præfatus humor intu
minimè contineri, doloremqu
frangitivum, sed gravem cauſar
inque affecta parte, aliquam (sin
calore humore non putrido ma
nente) gravitatem excitare pote
At ipso humore putrescente, c
lor paululùm auctus, quædamqu
mordicatio inde persentitur.

(6) *Tumorq;* vel durus, vel mo
lis, vel calidus, vel frigidus app
ret, quanquam à principio fe
semper frigidum, durumque eu
perspexerim, à crasso lentoqu
phlegmate genitum; & poſt
demum cum calore permixtu
deprehenderim: quod fit, aut qu
calidus humor concurrit, aut qu
mate

materia putrescit, *quæ absq; extraneo calore minimè putrescere potest*, Aristotel. *4 Meteor. 2.* aut utroque modo. Tractu autem temporis tumor ille mollis, flaccidus, obscurâque cum inflammatione conjunctus conspicitur. Et tandem ob acrem, salsam, nitrosamque qualitatem planè rumpitur, orituráque (7) *ulcus*. Quibus supervenientibus, ossis corruptionis, Spinæque Ventosæ, (8) *signa vera* nobis patefiunt. Ita etenim Galen. *4. Meth. 6. Ossis*, inquit, *corruptionis metus impendet ulceribus, quæ cum magna phlegmone sunt.* Qui locus aliqua indiget explanatione. Ossis corruptionis metum impendere, non solum intelligendum de ulcere, verùm etiam de (10) *Apostemate*, non in quavis corporis parte (quod nec ipse Galen. intendit)

sed in articulis saltem, vel cranio, aliisve partibus similibus orto, ibique diù commorante, è quo videlicet ulcere ut plurimùm humiditas quædam ichorosa, & deinde sordida emanare solet; dummodo tumor ille à sanguine nom duxerit originẽ. Inde enim magis sordidum quid (partis temperamento non penitus destructo) necessariò scaturit. Atque tum (11) *caro in ulcere cum osse corrupto livida, corruptaq; apparet*, Hippocr. 7. *Aph.* 2. (quia ipsius fundamentum, nimirum os, una cum materia, atque efficiente, cum sanguine videlicet, & naturali calore est corruptum,) & ex ulcere propter corruptionem (12) *fœtor* plurimus exhalat; specilloque im tromisso os ipsum aliquando ca rioſum, lubricúmve, persentitur. Quod quidem ulcus ad cicatricem perdu

perduci minimè potest ; & si vel maximè vi medicamentorum exiccantium ad cicatricem duceretur , paulò tamen pòst ob acres chores intus collectos , & à natura expulsos iterum disrumperetur (13) Galen. *in Comment. Aphor.* 5 *Sect.* 6. Paulus 4. 10. Diuque ale ulcus perdurat , nempe per nenses aliquot , imò annos , de uo intelligendus videtur Hipocr. *Aphor.* nunc citatus, quano dicit : *ulcera quæcunq; annuant, aut diuturniora, os abscedere, catricesq; cavas fieri necesse est.* (14) *Febre corripitur æger*, & ex illo sive unico, sive pluribus ulcebus (plura enim plerunque parem occupant) (15) *magna assiduò cit materia*, donec miser ægrons ita (16) *contabescat* , ut tota aturalis humiditas inde consunatur, ægerq; tandem cum morte itam commutet. AN-

ANNOTATIONES
ad
CAPUT VII.

(1) AUthor hic ex Avicenna per affectæ partis differentiam signa distinctiva proponit, quibus *Spinæ Ventositas* ab Arthritide dignoscatur. Quanquam enim utriusque affectus invasio, doloriśque ratio eadem ferè sit, nec adeo inter se discrepet; interea utrumq́ue tamen notabilis intercedit differentia ratione partis affectæ. Quandoquidem illa materia, sive peccans humor, ex quo *Spinæ Ventositas* ortum ducit, doloremq́ue infert, in ossе hæret; ille verò contrà, qui Arthritidem gignit, doloremq́ue similiter excitat, in carne nidulatur. Quidquidem distinctione non contentus est D. P. Ammann, sæpe allegatæ *Dispu. cap. 3. §. 4.* nisi Arthritis in principio, sive incipiens tantùm intelligatur. Alii enim, inquit, nodi vel tophi, quales in Arthritide inveteratâ cõtingere solent, si non perfectam, tamen imperfectam

Spinam

Spinam Ventosam ratione doloris & incipientis corruptionis in articulis producere possunt, præsertim si materia tophorum tardiùs, quàm par est, disponatur ad exitum; additque, se observasse, materiam illam tophorum unc in pus aliquando abiisse, atque psum os infestasse, & confirmat hoc niseri cujusdam podagrici exemplo, qui dicto modo in Arthritide corrutum olecranum, vel cubiti sui os, ane aliquot annos sibi ipsi demonstrarit. Quare loco hujus, ipsius sententiâ, præter dictas rationes vel ideo insufficientioris habitæ distinctionis, quòd, si scapula, & femur excipitur, arum carnis circa juncturas reperiur, aliam validiorem sibi visam subituit, ratus, *Spinæ Ventositatem* ab rthritide ulceris & corruptionis poùs ratione differre; quam non posumus non approbare, cùm ibi, quàm ic nunquam non majorem exulcerationem, corruptionemque manifestò eprehendamus; adjicientes huic adhuc aliam, quòd nimirum Arthritis

cum nodis & tophis conjuncta (quæ
sola à noſtra affectione diſtinctione o
pus habet) acceſſionibus, ac remiſſio
nibus gaudeat, id eſt, nullis doloribus
aliquando affligat, etiamſi nodi, qui
ſemel induruerunt, nunquam rece
dant: *Spinæ Ventoſitas* autem non ii
tem, quippe quæ, quamdiu durat, ſine
intervallo continuè vexat. Atque hac
occaſione progrediemur ad alios aff
fectus, qui vel cum noſtro Malo iii
dem revera ſunt, vel ſaltem videntur
quod utrinque per certa ſua diſtinctiv
va Signa facilè innoteſcet. Prima itaq
que diſquiſitio ſit de *Pædarthrocace* Se
verini, qui ipſe velut re nondum com
fectâ hanc controverſiam, an *Spinæ*
Ventoſitas ab Arabibus Authoribus
deſcripta Pædarthrocacæ congruat
cap. 15. ſatis fuſè ex profeſſo agitat
cujus argumenta propoſitum problem
ma maximam partem negantia iſthim
petita huc conjicere, & quid roboris ha
bere videantur, paucis explicare licebit. Inter omnes autem Authores
qui de *Spinæ Ventoſitate* ſcriptis quic

quam

quam ediderunt, (quos cum ipsorum verbis jam supra hinc inde allegatos reperies) Principem Avicennam imprimis audiendum esse scribit, quòd hunc omnes alii, sed & præcipuè Nicol. Florentinus, & Joh. à Vigo secuti sint. Quo supposito, subsumit quasi: Atqui Avicennæ verbis in dolore præcipuè videtur effectus essentia constituta, dum sic ait: Veruntamen materia in dolore junctura rum est in carne, & in *Ventositate Spinæ* (perdolente) est in osse. Ergò, concludit, quia in Pædarthrocace nullus *dolor* est pungens, aut qualiscunque alius, præterquam sub uno ulceris abscessu; Pædarthrocace alius, aliusque *Spinæ Ventositas* erit affectus; quod unum est. Alterum argumentum inde desumit, quòd Pædarthrocacen non producant *corrodentes* humores per se, neque in hac aliqua corrosionis sit forma, ut in *Spinæ Ventositate;* sed tantùm corruptionis atque syderationis. Et hæc duo præcipua ipsius videntur argumenta, ex quibus appareat, non omnia

consentire, quæ in utraque *Spinæ Ventositatis* nempe, & Pædarthrocaces hypothesi statuantur. Quibus subjungit primò, quòd Petrus ab Argillata sphacelismos ossium mediorum à penitissimis abscessibus cum carnium corruptione conjunctis, & penes communes causas, & affectus, *quavis promiscuè ætate profectos* in singularem & eximium *Spinæ Ventosæ* characterem, & censum intulerit, contra Pædarthrocaces morem. Deinde quòd Joh. Vigo vel *teredines* ossium à lue Venerea procreatas ad hunc *Spinæ* morbum, vel hunc *Spinæ* morbum ad teredines, confusis utriusque affectus rationibus, liberiori commento revocaverit, cùm citra cariem malum hoc *Spinæ* definierit Princeps. Ex quibus omnibus non violentam hanc tandem suasionem elicit, ut credat, vel alium esse planè *Spinæ* morbum, quàm sit Pædarthrocace; vel adversus securas, & certas Pandolphinii theses, (contra quem *Spinæ Ventositatem*, & Pædarthrocacen unam eandemque rem facientem cumprimis

disputat) plurimam omninò esse dubitandi ansam. Ad singula seorsim paucis respondebimus. Avicennæ authoritate standum dicit Severinus, illâque imprimis nixus pugnare, suamque sententiam propugnare conatur: & tamen quasi sui oblitus ipse eam eodem *cap. pag. 308.* semovet; quando decreviſse se ait, si Veterum testimoniis, & authoritate certandum, non magis in Pædarthrocace definienda observaturum se esse, quid Princeps Avicennas, quàm quid Rhases, (quem gravi elogio inter Arabes omnes Medicos experientissimum, atque ævo, & usu medendi consummatissimum vocat) professus sit, eoque maximè audiendum, quòd cum primis & optimis Græcis Magistris mirè consentiat. Quæ verò hæc verborum discrepantia! Ad hæc non video, cur potiùs ad Rhasen, (cujus verba vid. *Annotat. ad Cap. I. num. 2.*) quàm ad Avicennam provocet, maximè cùm ille non magis, quàm hic ipsi patrocinari videatur, nisi fortè quòd Rhases nullius doloris expressè

mentionem faciat. At verò ossis perforationé ab humoribus calidis corrodentibus in *Spina Ventosítate* secundum Rhasen factam, anne sine dolore contingere potuisse credas ? Ut adeò non solùm Avicennas, sed & Rhases dolorem *Spinæ Ventosítati* assignaverit. Et quid multis ? nonne ipse, Severine ! dolorem in Pædarthrocace tua concedis ? En ! sic sonant verba tua *cap. 16. pag. 310.* Videndum præcipis, an morbus, id est, Pædarthrocace dolore vexet, an hujus expers sit ? Si nullus dolor in ea affligeret, quid opus fuisset, hanc differentiam, quam facis, inculcasse ? Dicis: non inficior omnem in Pædarthrocace dolorem; sed utiq; admitto: verum non, uti *cap. 17. pag. 310.* me explico, in primordio affectus, & ante carnis exulceratum, sed ab exulceratu, id est, post carnis demum exulcerationem, vel sub uno ulceris abscessu affligentem. Respondeo: Ita si sentis, non adversaris Pandolphino nostro, nec aliud sentis, quàm quod ipse sentit Pandolphinus,

quippe

quippe qui ipse passim ferè & ubique per integrum Tractatum hunc suum, sed & præcipuè *cap. I. IV. & VII.* non statim à principio corruptionis ossis, sed tum demum persentiri dolorem vult, quando corruptio exteriùs serpit, periosteum læditur, caroque tandem, ex cutis exulceratur. Et quî aliud voluerit, cùm ipse *cap. 1. pag. 41.* & alibi ossibus tactus sensum denegarit, doloremque ob ossis corruptionem non contingere expressè statuerit? Doloris ergo ratione nullam Pædarthrocacen inter & *Spinæ Ventositatem* esse differentiam certum est. Pergamus ad alterum argumentum, quod est, Pædarthrocacen non à corrodentibus per se, sed tantùm corrumpentibus humoribus produci, cùm *Spinæ Ventositas* contrà non tantùm à corrumpentibus, sed etiam à corrodentibus humoribus proveniat. Verùm si Pædarthrocace æquè ac *Spinæ Ventositas* ab ossis corruptione interna, à corruptis humoribus, inque ossis substantia coacervatis, factâ initium

habet, uti revera habet, hiſque ipſi corrupti humores tempore os perforant, periosteum lacerant, carnemque & cutem inficiunt, atque exulcerant; quæro, quomodo hæc ossis perforatio, quomodo hæc perioſtei laceratio, quomodo tandem hæc carnis cutisque exulceratio ſine partium harum corroſione ab eodem illo corrupto, morâque corrodente reddito humore facta contingere potuerit? Ita autem, & non aliter contingere Pædarthrocacen, teſtis nobis ſit ipſe Severinus, ſicque contra ſemetipſum pro nobis teſtimonium ferat his verbis, quæ *cap. 8. p. 299.* habentur: Pædarthrocacen, inquit ibi, per congeſtum magis fit, quàm per influxum, id eſt, contrahitur paulatim humor in oſſe ex alimento ſuperante. Contrahitur nempe in oſſe paulatim veluti mucus, qui ob loci imbecillitatem nec concoquitur, nec ad alendum eſt idoneus; nec expellitur, ſed ibi manens tumorem excitat. Cùm autem hic idem humor vel acris ſit, vel retentus putreſcat, ERODIT ac perforat ejus-

ejusmodi partes integræ cuti subjectas. Quid? quòd ipse *cap. 11. p. 302.* conceptis verbis dicat, non admodum referre, sive corrosio, sive corruptio particulæ sit hic abscessus. Nec est, quod distinguat inter corrodentes humores per se, id est, uti ego intelligo, tales, qui statim à principio corrodentes sunt, & corrodentes per accidens, id est, tales qui demum fiunt corrodentes; regeratque, Pædarthrocacen ab his quidem, sed non ab illis; *Spinæ Ventositatem* verò ab illis quoque fieri. Verùm enim verò percurre totum Pandolphini Tractatum, & invevenies, ipsam etiam *Spinæ Ventositatem* æquè ac Pædarthrocacen non à corrodentibus humoribus per se, sed à corrumpentibus, tandemque corrodentibus redditis deduci, adeò ut loco causæ generali conceptu corrumpentes, non autem in specie corrodentes humores posuerit Pandolphinus *cap. 3.* Tertiam quod concernit rationem ex Argillata depromtam, quòd is *Spinæ Ventositatem* me-

dia ossa, ipse autem *cap. 4.* Pædarthrocacen suam non nisi ossium extremitates impetere; & rursus, quòd Argillata suam *Spinæ Ventositatem* cuivis promiscuè ætati ; ipse verò solis pueris communem esse statuat. Ad hæc facilis est responsio. Præterquam enim, quòd hæc ipsa verba apud Argillatam nec à Severino , nobisque aliquoties jam allegato, (*Chirurg.* nempe *lib. 5. Tract. 22. cap. 2.*) nec ullo alio loco reperire liceat, contrarium præterea testantur ipsæ Severini *Annotat. ad Cap. I. num. 26.* & *Cap. III. num. 3.* à nobis adductæ observationes, ex quibus ipsam quoque Pædarthrocacen non solùm ossium extremitates , uti ipse *cap. 4.* censuit , sed etiam media, aliaque ossa occupasse; & non solummodò pueros, sed & adultos infestasse, quemadmodum ipsa quoque solet *Spinæ Ventositas*, liquidò constat. Et si Severinus Pædarthrocacen suam pro alio habet affectu, ac Argillatæ *Spinæ* est *Ventositas* , cur ipse toties Argillatam pro se allegat, speciatim *cap. 16.*

pag.

ag. 309. ubi ad magnitudinem, inquit, patium quoque pertinet : sic Petrus b Argillata, (sunt ipsa ejus verba) po- uit Pædarthrocaces modos &c. Petrus b Argillata non Pædarthrocaces, sed *Spinæ Ventositatis* posuit modos. Pæ- larthrocace ergo *Spinæq; Ventositas* si on unum eundemque constituunt ffectum , quî Severinus Argillatam Pædarthrocaces posuisse modos dicere oteſt ? Annon inde colligeremus, psum Severinum inter Pædarthroca- en & *Spinæ Ventositatem* nullum a- noviſſe discrimen, duplicique unius ffectus nomenclaturâ tanquam veris ynonymis promiscuè ac indifferenter sum fuisse ? Quarta & ultima ratio st de confusione ossium cariei, sive te- edinis cum *Spinæ Ventositate*, cujus, uasi perperam admissæ Vigonem uidem insimulat Severinus, quo verò ure, paulò post audiemus. Nunc il- ud saltem advertere juvabit, quòd, et- amsi Princeps Avicennas *Spinæ Ven- ositatem* suam citra cariem definie- it, id est, nullius cariei in Morbi de-

scri-

ſcriptione expreſsè mentionem fecerit, inde tamen nequaquam ſequatur, nullam prorſus in *Spinæ Ventoſitate* oſſium cariem, ſive teredinem contingere. Potuit enim eam ſubintelligere, cùm in brevi morbi deſcriptione, ſive definitione omnia accidentia exprimere impoſſibile ſit. Et quid? ſi objiceremus, nec Pandolphinum, nec ipſum Severinum, nec Ammannum, nec quemquam alium, ſolo Götſio excepto, oſſium cariei in *Spinæ Ventoſitatis*, aut Pædarthrocaces definitione ſuâ expreſsè mentionem facere; & tamen in ipſa affectus prolixiori expoſitione non ſolùm Pandolphinum paſſim quidem, præcipuè verò *cap. 3.* nec non D. Ammannum *Diſputat. cap. 1. §. 3. Spinæ Ventoſitatem*; ſed & ipſum Severinum Pædarthrocacen ſuam *cap. 14.* cum oſſis carie ſive teredine conjunctam eſſe diſertè fateri? Cui poſtremò accedit & jam nominati Ammanni ſive Olitſchii, & G. H. Velſchii luculentum teſtimonium, qui itidem utrumque affectus noſtri vocabulum

indif-

ndifferenter ac ſine diſtinctione uſur-
ant, & pro ipſis ſynonymis habent.
pina ergo *Ventoſitas*, & Pædarthro-
ace, ut concludamus, non niſi nomine
ifferunt, re autem verâ unum, eun-
emque notant affectum. Vel ſi dif-
erunt, differunt ut genus & ſpecies,
ive ut latius & ſtrictius quid, ita ut
Spina Ventoſitas, ceu genus & lati-
us quid omnem quidem internam, ſi-
ve à principio & interna cauſa pro-
ficiſcentem oſſium cariem ſeu corru-
ptionem, Pædarthrocace verò, ceu
ſpecies, & ſtrictius quid non niſi
illam à materia variolarum vel recur-
rente, vel minus rectè expulſa oriun-
dam oſſium corruptionem ſignificet;
uti hoc ſenſu Pædarthrocacen, Severi-
no duce, accipit Nobil. D. Sebaſt. Schef-
fer. Medic. Francofurt. in *Inaugurali Diſputat. ſua de Pædarthrocace ex Variolis* inſcripta *theſ. 5.*

An verò *Cancer Oſſium*, *Spinaq; Ventoſitas* ſic inter ſe conveniant, aut quo-
modo, & in quibus à ſe invicem di-
ſcrepent? altera quæſtio eſt, nunc de-
ciden-

cidenda. Hunc ossis Cancrum ex Cornel. Celsi. *Libr. 8. cap. 10.* ita describit Nicol. Tulpius *Observat. Medic. Libr. 4. cap. 12.* Cornelius Celsus, inquit hic, fracturæ ossium præter inflammationem ac distensionem nervorum interdum quoque cancrum intervenire asserit. Ecquid verò per cancrum ibidem loci intelligatur, variæ variorum sunt conjecturæ: neque minores sententiarum conflictus. Vero simile tamen non est, verum hic designari cancrum, nedum sphacelum perperam excogitatum. At si quis conjecturæ locus, videtur hæc vox adumbrare callosum illud tumoris genus, quod plerunque sequitur calamitosas ossium fracturas, vel immedicabilem illam eorundem mollitiem, quam imprimit ossi acida pituita, solidam ipsius substantiam planè corrumpens; cujus pernicioſissimi tumoris natura quantumvis haud parum discrepet à genuino cancro, in eo tamen cum ipso convenit, quod uterque nullis cedat remediis, conspiret-

que:

que perinde in perniciem ægrorum. Ex qua quidem ossis cancri descriptione apparere videtur, eum cum nostra *Spinæ Ventositate* non penitus convenire, & in eo potissimùm à se invicem discrepare, quòd ossis cancer ab externa causa, ipsius nempe ossis fractura provenire dicatur, *Spinæ* autem *Ventositas* perpetuò ab interna, nunquam verò ab externa causa, nisi per accidens ortum, ducat. Confirmatque hanc inter utrumque affectum diversitatem Tagaultius *Libr. 4. Chirurg. cap. 4.* & imprimis Joh. Van Horne Microtech. *p. 184.* ubi hic additâ ratione se non existimare, ait, *Spinam Ventosam* eundem esse affectum, quem Celsus *l. c.* cancrum ossis vocat, eò quòd si conferantur ea, quæ Celsus habet *Libr. 6. cap. 15.* de cancro oris, item *cap. 18. §. 3.* de cancro colis, & *lib. 7. cap. 27.* de cancro vesicæ, ubique intelligat gangrænam, quæ ad sphacelum vergit. Verùm enim verò ignoscant nobis Clarissimi Viri manes! si dicamus, quòd, etiamsi Celsus per cancrum vulgarem gangrænam ad spha-

ſphacelum vergentem intelligat, inde tamen tanta oſſis cancrum inter & *Spinæ Ventoſitatem* differentiæ nota nondum patefiat, cùm & ipſi per cancrum oſſis nihil aliud, quàm ejusdem ad ſphacelum vergentem gangrænam intelligamus, ipſeque Celſus jam deſcriptum hoc oſſis vitium non cancrum ſimpliciter, ſed cancrum oſſis vocet, dubio procul propter quandam inter cancrum communem & cancrum hunc oſſis ſimilitudinem, ita, ut, quemadmodum cancer mollium partium nullis ferè cedit remediis, & indies ulterius ſerpit, ſic etiam oſſis hoc noſtrum vitium, ſive ſphaceliſmus, quem Celſus oſſis cancrum, Avicennæ verò interpretes *Spinæ* vocant *Ventoſitatem*. Imò omnem dubitationis nebulam mox diſcutiemus, ſi nominati Nobiliſſ. Tulpii verba, quæ poſt recitata loc. alleg. ſequuntur rectâ rationis lance trutinaverimus, ubi nimirum ipſo enarratô caſu quem in Vincentio quodam Balduino illum ipſum oſſis cancrum ob humeri os intra

annos

nnos quindecim quater effractum
aſſo obſervavit, ſubnectit, quòd fa-
o à miſero illo homine vivendi fine
natome docuerit, omnia ſub cute
iſci crasſitiem ac ſteatomatis induis-
naturam, parumque diſcrepaſſe à
ateria veri cancri; ipſa verò oſſa non
odò à ſe invicem ſejugata, verùm
uaſi malleo minutatim confracta, ac
ræ irriguo madore adeò tenera, flac-
ida ac mollia fuiſſe, ut inſtar ceræ
calpello facillimè concidi potuerint;
oncluditque, hanc eandem aliena-
ionem oſſibus utique imprimere aci-
am ac malignam quandam pituitam
er habitum corporis effuſam, adeò
t viderit, hanc ipſam quinquaginta
liquando occupaſſe loca, ac depavis-
e non tantùm ſolida oſſa, verùm et-
am carnem, membranas, nervos, liga-
menta, aut quicquid illi obvium, pa-
rum interim aut nihil proficientibus
remediis, quibus infenſisſimum hunc
noſtem domare ſategerit, ſive ſponte
ex latebris prodeuntem, ſive *à vario-*
lis in arenam hanc productum. Hæc
inquam

inquam si curatiùs reputabimus, & cum *Spinæ Ventosítatis* natura conferemus, inter utrumque affectum parum certè, aut nihil discriminis reapse deprehendemus. Solam enim ossis fracturam, quæ in Cancro ossis obstare videtur, quod attinet, facilè eam salvabimus, si ex D. Sebastian. Scheffero, & Zach. Nic. Götsio demonstraverimus, ossium fracturam non esse postremam Mali nostri occasionalem sive per accidens causam, quorum quippe ille allegat. *Disputat. thes. 12.* Pædarthrocacen inter alia, inquit, interdum præcedunt contusiones erosiones, fistulæ, *fracturæ*, ulcera maligna &c. hic verò *Disputat. de Spina Ventosa cap. 3. pag: 27.* ab Ossium *fractura* eatenus *Spinam Ventosam* non malè derivat, quatenus os fractum dolore exagitatum continuò affluentes internos humores, præsertim in corpore impuro, ac cacochymico promtius suscipit, qui ibidem putrescant, atque ita corrumpantur, ut qualitatem ossa erodentem acquirant, sicque ipsum

ium affectum noſtrum procreent. æter has rationes ſi Authorum quo- e teſtimonia deſiderarentur, poſſe- us Paul. de Barbette, & D. Ammann. oducere, quorum ille *Chirurg. Part. c. 3.* hic verò *l. c. cap. 1. §. 3.* partes ſtras præ cæteris tuentur; imprimis ro D. Lavaterum, qui in ſuprà cit. D. Fauſium perſcriptâ obſervatio- *Spinæ Ventoſitatem* Cancro non ab nilem eſſe dicit, quòd uterque gra- affectus emollientibus excande- t, non curatus longé lateque pro- pat, cultello vulneratus citò peri- at, & ut plurimum ob altas radices curabilis ſit. Quis ergò quam benè ſis Cancer & *Spinæ Ventoſitas* inter conveniant non videat? aut quin nonyma non incongruè dici poſſint, plius dubitet?

Proximum eſt, ut *Teredinem* quo- ie ſive *oſſium cariem* ſub incudis ex- nen revocemus. Quod antequam t, non abs re erit, levi ſaltem digito ius attingere, quid illa ſit, quidque eteres per eam intellexerint. Eſt au-

tem

tem Τερηδὼν sic, dicta à verbo τερέω, tec
rebro, perforo, & ab Hippocratis, Gaa
lenique interpretibus Teredo, vel ett
iam ab aliis Latinis Caries, reddita, ipſſ
Galeno teſte *Definit. Medic.* nihil alii
ud, quàm oſſis pertuſio, ex corruptico
ne. Unde quamvis aliàs Caries prco
priè non niſi ſuperficiariam eroſionem
denotet, uti ex plerorumque Chirur
gorum monumentis videre eſt, potes
tamen generaliter pro una quaque pu
trefactione in oſſe ab eroſione facta
accipi, hincque in externam atque in
ternam commodè dividi. Quibu
prælibatis, nunc ſine hæſitantia aſſer
mus, *Teredinem* ſive *Oſſium Caries*
internam, hoc eſt, illam, quâ ab hu
moribus internis interiores oſſium
partes primò corrumpuntur ac erro
duntur, *ipſiſſimam eſſe Spinæ Vent*
ſitatem. Quod Johann. Manardi im
primis, Joh. Langii, Severini, Rolfi
ckii & plerorumque Recentiorum ha
de materia Scriptorum teſtimonio ſa
tis & abunde confirmatur. Manar
verba *Epiſtol. Medicinal. Libr. 2. Ep*
ſti

ol. 2. ad Michael. Sanctannam *p. m.* *13.* hæc ſunt. Fit, inquit, corroſio el ab interno, id eſt, ab humoribus alis erodentibus, vel ab externo, i- ne videlicet, aut ſimilem ei vim ha- entibus medicamentis. *Factâ* vero *corroſione*) *ab interno ſi oſſa vitien- ur*, ab Avicenna & Recentioribus *bina Ventoſitas* vocatur. Similiter angius *Epiſtol. Med. L. 1. 42. p. 206.* urulenti, ait, & acres rhevmatum i- nores in oſſium poris coacervati a- redine ſuâ oſſa corrodunt, quemad- odum teredo, vermis, lignum exeſt, rodit & perforat; unde hic vitiati ſis morbus Τερηδὼν, id eſt, Teredo di- tur, quæ nihil aliud eſt, quàm oſſi- m perforatio à corruptione putrida, accidente roſionum quaſi terebra, el trepanum dicta. Hanc ulceroſam lium affectionem, ſive mavis dicere trilaginem, Avicennas *Ventoſitatem bina* appellat, &c. Quid clarius? quid mentem noſtrâ accommodatiùs di- vel fingi poſſit? Nec obſcurior M. A. verinus eſt, qui *cap. 14. pag. 305.*

liberrimè fatetur, Pædarthrocacen ad cariem osſis universalem non absurdè referri posse ; subnectitque *p. 306.* Rhasis atque Arabum *Spinæ Ventosita-tem* non aliam, quàm Græcorum Teredinem, neque hanc aliam, quàm illam esse, ita ut nulla prorsus, quàm nominis intercedat diversitas. Quibus tandem, ut Præclarissimos Viros, D. Gothofr. Mœbium cum Z. N. Götsio, Paul. Ammannum cum Th. Olitschio, J. C. Fausium cum Sebast. Scheffero, quemq; hic allegat J.H. Lavaterũ, Hildani olim discipulum, silentio prætereamus, suum quoque calculum adjicit Guerner. Rolfinck, quando *libr. 3. Diss. Anatomic. cap. 47. p. m. 423.* Cariem inter & *Spinæ Ventositatem* nullam aliam differentiam agnoscere videtur quàm quòd illa sit à causis externis, hæc verò ab internis. Hanc verò quam fecimus Teredinis, sive Cariei Osſis distinctionem in externam atque internam, interque hanc & *Spinæ Ventositatem* convenientiam, ut ne quis noviter excogitatam, aut à nobis deumum liberiori commento effictam ex-

istis

istimet, præter alleg. Manardum, Ducem atque Authorem è Veteribus Marianum S. Barolitanum quoque, è Recentioribus verò iterum D. Mœbium cum Respondente suo Zachar. Nic. Götsio, Cygneo, appellamus, quorum quippe ille *Compend. Chirurgic. de Emendatione Ossis corrupti cap. 19.* os duplici modo lædi, nimirum vel ab interna, vel à causa externa perspicuè docet, quarum illa (ita ipsa ejus habent verba) erit deterior, quum os ipsum corrumpetur, antequam carnis fieret putrefactio; eruntque humores corrupti ad os defluentes, & id corrodentes, quæ certè corruptio ab Avicenna *Ventositas Spinæ* nominatur; ad externam verò causam refertur aëris alteratio, vel inepta unguentorum administratio, quæ ossa corrumpat. Hæc ille. Hic verò adeo manifestè differentiam inter externam atque internam cariem tradidit, ut etiam non solùm *Spinæ Ventosæ* reali Definitioni suæ immiscuerit, quando eam definit, quòd sit caries, seu corruptio ossium maligna, quâ *interiores* eorum partes

emolliuntur, excavantur & corrumpuntur, ab eroſione acrium, ſalinorum occultâ proprietate oſſium ſubſtantiæ infenſorum, & in poroſitates ipſorum delabentium humorum dependens; verùm etiam hujus definitionis ſuæ genus, ſive formalem rationem explicando, mentem ſuam ulterius ita aperiat, ut ſine ullo verborum fuco clarè edicat, ſe per cariem illam non omnem ſuperficiariam, vel quacunque etiam à cauſa factam; ſed internam tantùm, ſeu illam, in qua interiores oſſium partes excavantur & corrumpuntur à principio, ſeu causâ internâ, intellectam velle. Satis itaque, ut arbitror, ſuperque usque huc demonſtrato, internam oſſis cariem ſive teredinem à *Spinæ Ventoſitate* nihil differre, adeoque vera inter ſe eſſe ſynonyma, cuivis judicandum relinquo, annon Vigonem, quòd utrumque affectum confuderit, & pro uno fortè habuerit, iniuſtè taxet Severinus, maximè cùm hic ipſe paritatem inter teredinem atque Pædarthrocacen ſuam, uti

uti jamjam oſtenſum, ultrò fateatur, & Vigo teredinis in ſpecie ne quidem mentionem faciat, ſed tantùm vidiſſe ſe ſcribat, *Spinæ Ventoſitatem* frequentisſimè oſſibus nominatis cum dicto dolore eveniſſe in morbo Gallico cum oſſis corruptione, & ulceribus tædioſæ curationis; uti, qui ejus *cap. 34. Libr. 9. Practic.* ubi ſolùm & nullibi aliàs locorum de *Spinæ Ventoſitate* ex profeſſo agit, perlegerit, facilè perſpiciet.

Et cùm *Syderatio*, ſive *Sphacelus* aut *Sphaceliſmus* oſſium, vel idem, Caſp. Hoffmanni *Inſtitut. Med. Libr. 3. cap. 154. §. 90.* ſententiâ cum teredine ſit malum, vel certè non niſi gradu majori ab illa differat, ad illud nunc devolvimur, idem prorſus de eo, quod de teredine, ſine multo verborum circuitu pronunciantes, certi, cum *Spinæ Ventoſitate* parili jure id convenire, maximè cum Hippocratem Medicorum Parentem *Libr. 5. Epidem.* ejusmodi corruptiones ac pertuſiones oſſium ex putredine, qualis ipſa teredo eſt, ſphacelum, & ſpha-

celiſmum paſim nominare videamus, ejuſque multa ibi ad noſtrum rhombum egregiè facientia exempla occurrant, quale illud Ariſtionis ſervæ eſt, quæ ex ſyderatione pedis ſuâ ſponte factâ, & in qua *interna oſſium partes* ob conceptam putrilaginem fiſtuloſæ redditæ ſunt, obiit. Similem affectum hoc ipſo temporis articulo ipſe curandum habeo in Nobilis ſtemmatis Viro quodam 50 circiter annorum. Huic enim cùm ſuapte ſponte nato in proximo à pollice digito dextri pedis detento ſphaceliſmo corrupta pars enſe recideretur, digiti illius internodia omninò carioſa, exeſa, & pene friabilia conſpecta ſunt. Vereorque, ne Malo jamjam retrò ſerpente, & ex ſcorbutica cacochymia pejoribus indies ſymptomatibus ſcaturientibus, idem morbi exitus, qui Ariſtionis illam ſervam, Præſtrenuum hunc Virum maneat.

Nodos, tophos, tubercula, ſeu gummata Gallica appellata quod attinet, ſimilia ea eſſe corruptorio noſtro abſces-

scesſui, asſerit Severinus *cap. 9.* hac additâ ratione, quòd illa à Venerea lue profecta æque ac Pædarthrocace non per defluxum, ſed per congeſtum fiant, nixus præterea fortasſis Vigonis imprimis authoritate, quippe qui eandem *Spinæ Ventoſitatis* cum exoſtoſi Venerea, ſive Gallicis gummatibus, uti ex ejus paulò ante adductis verbis colligere eſt, agnoſcit ſimilitudinem, quos D. Ammann quoque *cap. 1. §. 4.* imitatur. Et certè ſi *Spinæ Ventoſitas* ſæpe ſæpius à lue Venerea ortum ducit, fatentibus hoc plerisque noſtrorum Scriptorum, ipſoque *Pandolphino*; *Spinæ* autem *Ventoſitas* nihil aliud eſt, quàm interna corruptio, ſive corruptorius abſceſſus oſſium; ſuâ ſponte inde fluit, illa tubercula, atque gummata Gallica cum oſſium corruptione conjuncta, atque adeo ab *interna cauſa* profecta ad ipſam *Spinæ Ventoſitatem* non incongruè reduci poſſe. Nec deſunt teſtimonia, hujusque rei exempla. Ambroſ. Paræus *Op. Chirurg. L. 18. cap. 1.* lues Venerea, inquit,

temporis ſucceſſu nodos, tophosque
præduros, tandem & cariem oſſibus
infert, ipſa liquefaciens, intactis ſæpe
circumjectis carnibus. Cui accinuit
communis Author Sennertus *Libr. 5*
Prax. Part. 2. cap. 13. & Part. 5. c. 11
quando in lue Venerea ſæpe accidere
ait, ut oſſa carioſa fiant, cute integrâ
manente; cujusmodi exemplum oſſis
palati in lue Venerea ab humore cor-
rodente perforati & corrupti anno-
tavit *Prax. L. 2. P. 1. c. 18.* Et *allegg*
loc. cap. 3. ſcribit Götſius Luem Gal-
licam in cauſa eſſe, ut quàm ſæpiſſimè
oſſium corruptiones & *ſyderationes*
ſine ulla manifeſta & externa in cute
apparente noxâ contingant. Cujus
rei fidem facient jam ſupra *Annotat*
ad *Cap. III. n. 3. p. 130. & ſeqq.* aliquot in
medium prolatæ hiſtoriæ, quibus add
dere hîc liceat illam memoratu digniſ
ſimam miræ & raræ oſſium fragilita
tis ob cariem & corruptionem intern
nam ex Gallica lue in viro obortæ ob
ſervationem, quam Marcellus Donat
tus *Hiſtor. Medic. Mirabil. Libr. 4*
cap

cap. 5. his verbis describit : Laboraverat, inquit, hic vir antea per plures annos lue Gallicâ sævissimâ , atque caput, crura, brachiaque tophacei tumores occupârant, qui tandem ex illitione ex unguento cum hydrargyro evanuisse videbantur. Quamobrem brachii ossa carie exesa & vitiata adeò facili admirandæque fractioni occasionem præbuisse censendum. Hæc ille. Cui unicam saltem adhuc , ut innumeras penè alias sicco pede transeamus , non possumus non associare, quam sive D. Mœbius, sive Götsius *l. c.* ita depingit : Dn. Selegelius p. m. inquiunt , quondam in hac Salana Professor Anatom. famosissimus , in Museo spectandum exhibuit olim Sceleta duo, nempe cujusdam nobilis Meretricis Venetianæ ex lue Venerea consummata epiglottiden exesam habentis, atque propterea ex cibo fortè fortuna deglutito, inque trachæam illapso, suffocatæ, in qua fœtus repertus masculinus, pariter hac labe contaminatus. In utrisque *ossa carioſa*

ob luem Gallicam reddita videre licuit. Luculenter ergo ex his apparet, has ossium à Gallica lue prognatas corruptiones, vel ipsas, quod penè dixissem, *Spinæ Ventositatis* species esse, vel saltem perquam similes ei videri, & ratione generationis, curationisque parum, aut nihil inter se differre.

Quô tamen simul monendum, illos, qui affectum nostrum *Luem Gallicam puerorum* vocant, non quidem adeo errare, interim tamen certum esse, eos *Spinæ Ventositatem* strictioribus terminis comprehendere, cùm non omnis, sed quædam saltem *Spinæ Ventositas* à Gallica Lue, etiam in pueris proveniat.

Illos tumores præter naturam, anonymos, in mediis ossibus digitorum, propter quos ossa putrent & decidunt, in pueris & puellis frequentiùs accidentes, & aliquando à Morbo Italico, vel ob quandam cacoetheiam sanguinis ortos, quales Gulielm. Rondeletius *de Dignoscend. Morbis cap. 10.* descripsit, eundem cum nostra *Spinæ Ventositate*

ſitate conſtituere affectum, affirmat G. H. Velſchius *Syllog. Obſervat. Med. Epiſagmat. 81.* quod & nobis vero non adeo videtur diſſimile.

Ulcera verò carioſa, vel cum oſſe corrupto conjuncta, qualia à Practicis communiter deſcribuntur, quomodo à *Spinæ Ventoſitate* differant, omnium optimè ipſe declarat *Pandolphinus* noſter *cap. 1.* cui lubentiſſimè ſubſcribimus, maximè, cùm eadem eorum ſit ratio, quæ cariei externæ, quam jam ante ab affectu noſtro ſeparavimus, nihil habentes nunc quicquam, quod de his moneamus ulterius, præter hoc unum, quòd, quemadmodum illa ulcera, quæ cum oſſe corrupto ab Aquapendente *Chirurg. Libr. 3. cap. 10.* deſcribuntur, & ab internis cauſis, ut, vel virulento, vel acuto & corrodente, atque occultâ proprietate magis oſſi, quàm reliquis partibus adverſante humore provenire creduntur, cariei internæ non longè antè definitæ, & ad noſtrum Vitium reductæ ſimillima ſunt; ita ipſa

quoq; ad *Spinæ Ventositatem* nostram non temerario ausu referri posse videantur.

A *Paronychia*, quam cum Vitio nostro quosdam perperam confundere comperi, differt tandem *Spinæ Ventositas* (1) quòd illa in extremis tantùm manuum, pedumq́ue digitis ad latera unguium oriatur; hæc verò alias quoq; osseas partes occupet. (2) quòd in illa tumor in extremitate digitorum circa ungues rubicundus, ex inflammatione nimirum natus appareat; in hac verò potius tumor, qui exteriùs conspicitur, ad œdematis naturam accedat. (3) quòd ibi ab initio dolor sit intensior; hîc verò remissior. (4) quòd in *Spinæ Ventositate* semper ossa per se prius ab interna causa, prout supra declaratum, infestentur; in Paronychia verò contrà exteriores partes, ut caro, cutis, tendines, nervi, &c circa digitorum extremitates communi Practicorum consensu plerunque prius, quàm ossa lædantur; solo excepto, quantum scio, Paræo, qui *Oper. Chi-*

Chirurg. lib. 7. cap. 19. Paronychiam, seu Panarin describit, quòd sit tumor in extremis digitis, cum ingenti inflammatione, ab humore maligno & venenato, qui *ab osse initium ducto*, periosteo, tendinibus & nervis partis ejus, quam obsidet, communicetur. Secundum quam certè Paræi descriptionem ipsi fateri cogimur, Paronychiam nostræ *Spinæ Ventositati*, causarum, generationis modi, quin & subjecti ratione non adeo disparem esse. Quod insuper Vigonis testimonio luculenter confirmari posset, si quidem liquidò constaret, eum per apostemata sclirotica digitorum, manuum & pedum ipsam Paronychiam intellectam velle. Ita autem *Pract. Libr. 2. cap. 40* ea describit: Circa pedum, inquit, manuumque digitorum junctúras apostemata phlegmatica, & melancholica, præsertim in pueris & puellis à quatuor usque ad quatuordecim annos, & ultrà, oriri solent; quorum humores subtiles convertuntur in venenum aliquando, quòd sua venenositate os & liga-

mentum lædit, imò frequentissimè *os corrumpit ante carnem & ligamentum, sicut facit Ventositas Spinæ*; licet ipsa *Ventositas* causetur ab humore calidissimo. Hæc ille. Verùm enim verò Vigonem his verbis propriè non ipsam Paronychiam, seu Panaricium indigitare voluisse, hæc ferè evincit: ratio, quia Panaricii nomen hoc *4. c.* nunquam exprimit, mox sequenti verò *5. cap.* (de Apostemate digitorum, quod Panaricium nuncupatur) inscripto, Panaricium plerorumque Practicorum more non obscurè describit; certissimo indicio, ipsum Vigonem, inter illa sclirotica hocque Panaricium nonnihil discriminis innuere voluisse, adeo ut diversis etiam capitibus sejugaverit. Patet nihilominus inde, sciroţica hæc descripta apostemata, quocunque etiam specialiori demum vocentur nomine, inter *Spinæ Ventositatis* species (levi saltem, eâq; ipsâ nom perpetuâ à Vigone datâ intercedente differentiâ) revera non malè referri posse, quemadmodum & ipsam illam

Paræi

Paræi Paronychiam. Paræi autem notanter dico Paronychiam, quæ, ut à vulgari Paronychia non parum differt, ita hoc peculiare à nobis habet, ut *Spinæ Ventoſitatis* non adeo degenerem ſpeciem conſtituere poſſe fateamur, præ illa vulgari, de qua allata ſigna, quibus à noſtro Malo diſtingitur, utique adhuc notanda. Unum addo, Paræanæ paronychiæ ſimilem tumorem, qui manus digitum defœdavit, & pro *Spinæ Ventoſitate* à Celebribus aliquot Medicis habitus eſt, in Endtnero quodam, adoleſcente, obſervaſſe D. D. Scultetum, Collegam & Amicum noſtrum honorandum.

Atque hæc, quomodo, & in quibus congeneres quidam affectus cum noſtro conveniant, aut ab eo diſcrepent, fuſiùs paulò diducere volui, cum quòd, quantum ego quidem novi, nemo idem datâ operâ antè egit, tum etiam ut plenior inde Morbi dignotio haberi queat.

(2) Hæccine genuina Avicennæ ſit mens? (in oſſe, id eſt, prope os vel inter

inter os & periosteum?) Quin ego potius hanc esse crederem (in osse, id est, in substantia ossis, ut explicat Argillata, vel in ejus medio, aut meditullio.) Quî enim aliàs *Ventositatis Spinæ* causam perpetuò internam esse, aut os, intacto etiam periosteo, primùm lædi, verè dici posset?

(3) Dolorum diversitatis causæ hîc: ab Authore & supra *Annotat.* ad *Cap. I. num. 20.* expenduntur. Cæterùm de *dolore* hîc quoque loci agit Author, velut de generali *Spinæ Ventositatis* signo, circa quem ingens se offert sententiarum conflictus in diversa legentium distorquens animos, adeò ut, quid tandem credant, ferè nesciant. Affectui enim huic nostro alii acerbum, alii obtusum, alii in principio statim, alii pòst demum excruciantem tribuunt; dolorem alii contrà omnem penè ei negant. Dolorem admittit Princeps Avicennas, quem primo loco nominare jure decet. Dolorem admittit Nicol Massa *Epist. 190.* dum, unum, inquit, non præteribo, ut

anii

animadvertas, nunquid dens aliquis malè affectus in occultis radicibus perforatus vel corrosus sit causa *istius doloris*, vel potius *corrosio ossis mandibulæ intrinsecæ*, quam Princeps Avicennas *Ventosam Spinam* vocat. Sic Massa. Dolorem quoque admittit Joh. Vigo; sed diversâ, ut videtur, non nihil ratione. Hic *loc. cit.* de *Ventositate Spinæ* agens, à materia, ait, interdum corruptâ & venenosa defectu virtutis assimilativæ, occasione debilitatis, generatur *inter os & almochatim dolor intentissimus.* Et ferè sub finem comperisse se scribit, dolorem in *Spinæ Ventositate* adeo fuisse intensissimum, ut propter ejus venenositatē, & multitudinem materiæ sæpe numero locum ante maturationem perfectam aperire coactus fuerit. Dolorem admittit *Pandolphinus* noster passim quidem, *hoc* tamen præcipuè, & 4. *Cap.* quem vide sis. Dolorem cum limitatione, & parciùs admittunt Severinus *cap. 15. p. 307.* adeo, ut in Pædarthrocace nullum dolorem pungentem

tem

tem , aut qualemcunque alium, præ-- terquam ſub uno ulceris abſceſſu, a-- gnoſcat. Id eſt, ut mitiùs effatur *c. 17.* Indolens primordio tumor eſt ante carnis exulceratum , dolens aliquan-- tulum ab exulceratu. Petr. de Mar-- chettis ſæpius *all. loc.* hac utitur ele-- ganti limitatione. Si pituita, inquit,, nutritioni articulorum dicata putre-- ſcat , aut quodammodo fiat acrior;, primò oſſa corrumpit, & quidem *nul-- lo dolore*; quibus poſtea corruptis, pe-- rioſteum labefactatur, cujus ſignum *dolor pungitivus*, acutus & lancinans &c. dum verò hujusmodi *dolore* ægen divexatur, atque perioſteum eroditur, nullus adhuc apparet tumor. Et paul-- lo poſt : Signa pathognomonica , in-- quit, ſunt *dolores* in principio inſtau punctura *Spinæ*, articuli affecti, ado-- leſcentia, tumor mollis, laxus, & quæ ſequuntur. Omnium parciſſimè do-- lorem hic concedit Joh. Scultetus *Ar-- mamentar. Chirurgic. Obſervat. 91* qui, ennarrato ipſo caſu, quem Pata-- vii in Nobili Studioſo, cujus ſiniſtram manum

anum *Spina Ventosa* miserandum in
odum exedit , cum Spigelio obser-
avit, tandem addit; provenire *Spi-*
am Ventosam ab humore, qui occul-
& infensâ suâ qualitate ossa *primùm*
tra omnem perioſtei læsionem at-
ue *doloris* sensum corrodat , deinde
dema efficiat *minimè dolens*, & post
iquot menses partem exulceret:
aulo largius D. Mœbius atque Göt-
us *l. c. cap. 1. p. 12.* *Sine dolore*, a-
nt hi, propriè & per se corruptio &
osio hæc ossis in *Spinæ Ventositate*
t. Nam non afficitur primariò mem-
ana ossium externa sensu pollens,
d interior ossium substantia propria,
lida, dura ac insensilis. Erosionem
rò, pergunt *pag. 13.* ejusmodi ossium
ternam ex consequenti & continua-
m , materiâ ad membranam usque
latâ, *dolores acutos* creare posse, non
gamus, nec absurdum. Cum his
nveniunt D Joh. Casp. Fausius Med.
of. Heidelbergens. & D. Sebastian,
heffer. in alleg. *Inaugural. Disput.*
t. thes. 12. ubi materia peccante in
osse

osse collectâ accedere demum affir
mant *dolorem* quendam *pungentem*
ob perioſtei membranæ abſceſſum
carnisque & cutis exulcerationem
Agmen claudat aliàs non poſtremus
nec propterea minor D. Paul. Arm
mann cum Th. Olitſchio, qui *loc. cit.*
cap. 3. contra Severinum, & Petrum
de Marchettis, *Spinam Ventoſam*
principio omnis doloris expertem ſtt
tuentes, aſſerunt, utique ſimul ac ipp
etiam oſſis interna tantùm ſubſtanti
lædatur, dolorem licet non adeo ex
quiſitum, obtuſum tamen, vel ἰς-οκόν
id eſt, gravitatem quandam, ac laſſitt
dinem affecto membro inferentem,
ab arteriolarum, Paræi teſtimonio
18. c. 26. venularumque in oſſis m
dio obviarum ſenſilium tunicaru
læſione ortum percipi, ingraveſce
tem autem, ſatisque exquiſitè inſſt
puncturæ *Spinæ* affligentem, ipſiu
quando afficiatur perioſteum. Ex h
ergo implicatiſſimarum opinionu
labyrintho ut ritè nos extricare qu
mus, Ariadnæo filo opus eſt, eoq
po

otissimùm à generationis modo, uem nunc citatorum etiam Autho- am aliqui in subsidium vocarunt, de- ucto. Nimirum dum humores pec- antes ossis substantiam subeunt, in- ue ipsius interiora sese recipiunt, nec on quamdiu ibi resistunt, vel nullus lhuc, vel vix perceptibilis, & non isi obtusus, quandamque lassitudi- em saltē referens dolor ex arrosione asorū membranaceorum sentitur. At uando subinde coacervati hi in osse umores in exiguo suo spatio ampli- detineri nequeunt, & sese expan- ndo, majusque spatium quærendo nsim atque sensim exterius vergunt, intra extrorsus serpunt, suâque te- nitate ac acrimoniâ os perforare ltem nituntur, dolores quoque gra- tim augescunt, dum levius adhuc rioſteum, oborto in osse id dilatan- ac extendente abscessu, percellitur; od periosteum si à jam elatis in- rea acribus quasi dentatis humori- s, apparente jam exteriùs quoque more aliquo, continuò velut ab e-

daci

daci verme arroditur, exeditur, aa
laceratur, exquisitissimi & admodum
acerbi dolores inde oriuntur, qui ree
mittunt nonnihil, periosteum quam
do jam consumtum est, vel quandl
panniculus, cutis, aliæque sensiles pai
tes exteriores jam non afficiuntur, itee
rumque ingravescunt, quando pec
cans materia interea recollecta rur
sus de novo periosteum, aut quamv
aliam sensilem partem adoritur. H
hanc veram doloris in *Spinæ Ventos*
tate contingentis esse rationem per
suasissimum mihi habeo.

(4) Ortâ flatulentiâ in ipso affect
osse, dum materia à calore ad eam im
proportionato in vapores seu flatus rr
solvitur. Vid. *Annotat. ad Cap. I*
num. 8. & 11. Cui addenda illa appr
mè huc quadrans notatu dignissim
D. Lavateri observatio, quâ vidit
Monasterii quodam Novitio, octod
cim annorum Juvene, femoris *Spi*
Ventositate detento, factâ sectione, i
nisi flatus inde ex spirasse, cum ægr
tantis interitu; irrefutabili argume

, à flatulenta materia haud infre-
ienter noſtrum oſſium provenire
itium.

(5) Oſtocopi hi ſunt dolores, qui
erunque nocturno tempore magis
ligere ſolent. De quibus vid. *An-
tat. ad Cap. I. num. 21.*

(6) *Tumor* alterum diagnoſticum
gnum conſtituit, ſed non niſi ab effe-
ibus & conſequentibus, quæ madmo-
um & primum, quod dolor erat, peti-
m; cùm ſigna ab eſſentialiter inhæ-
ntibus, ſeu ipſa morbi naturâ & es-
ntiâ deſumta in aliis manifeſtioribus
fectibus, ne dum in hoc noſtro in ab-
tis oſſium receſſibus latitante ſæpè
x ac ne vix quidem haberi queant.
ocat autem Severinus *cap. 17. p. 310.*
morem hunc, ſecus ac Pandolphinus
ſter, initio globoſum, interdumque
eſſulâ rotunditate. Petr. de Mar-
ettis *Syllog. Obſervat. Medic. Chi-
rg. ſub fin.* contrà tumorem hunc
imò mollem & laxum, ac doloris ex-
rtem, cutique concolorem eſſe, &
tefactum demum, confluente eò hu-
morum

morum copiâ, quorum tenuior pars exhalet, supĕrstite crassiori, duriorem evadere, hiantemque serositatem effundere scribit. Joh. Sculletus *loc. cit.* cum Authore nostro in eo optimè convenit, quòd uterque tumorem humorem frigidum, & à crasso lentoque phlegmate genitum, id est, œdematosum dicat. Ita enim ille: Dum Patavii, aliis studio Medico operam dedi, & Chirurgiam exercui, nobilis quidá Studiosus laboravit per aliquot menses *œdemate* manus sinistræ, quod post universalium usum, sub præstantissimis topicis nunquam diminui; sed tandem in vola exulcerari cœpit. Quapropter adhibuimus in consilium Excellentissimum Spigelium, qui, postquam ulceris qualitatem specillo exploraſſet, os corruptum tetigisset, statim tumorem vocavit *Spinam Ventosam.* Nec tumorem hunc variare existimamus pro varia humoris eum efficientis, ejusque, quem occupat, conditione, adeò, ut nunc œdema, nunc phlegmonem potius referat; nunc durior, nunc mol-

nollior ; nunc rotundus, nunc latus ; unc magis, nunc minus ſit doloroſus. rorſus autem indolentem nullum di- erem. Vix enim capere poſſum, quo- nodo peccans humor intra oſſis can- ellos antè concluſus, nunc emergere, erioſteum transire, carnemque atque utem os illud tegentem in tumorem xteriùs conſpicuum attollere poſſit, uin dolor inde ſentiatur notabilis ; iſi ipſe tumor prius fortè extiterit, *pinæq; Ventoſitati* per accidens, eo, uo ſupradiximus, modo, anſam præ- uerit. Aliàs enim in affectu noſtro on tumorem oſſis corruptionem, ſed ſſis corruptionem tumorem præce- ere, jam ſupra aliquoties, ſed & præci- uè *Cap. I.* inculcatum reperies ; quo inirum ipſo à vulgari carie & ulcere arioſo potiſſimùm differt.

(7) Cùm humor dictum jam tumo- em procreans plerunque acris atque orrodens ſit, vel ſaltem talis morâ fiat, on poterit diu intra tumorem illum ontineri, quin eum tempore rumpat, cque *ulcus* inde efficiat, quod terti-

um locum inter *Spinæ Ventoſitatis* ſigna meretur. Severinus *cap. 17.* ulcera hæc Morbi initii atque incrementi tempore duos poſt menſes circiter anguſtis foraminibus apparere, mox verò in ſtatu, conſummato oſſis marcore, & conſummatâ putredine, madorem ejus variè in carnes vitiatas diffuſum eas in varios abſceſſus & ulcera pertrahere annotavit. At Paul. Barbette *Oper. Chirurg. Anatomic. Part. 3. cap. 3. pag. 19.* ſcribit, quòd, quàm primum perioſteum perforetur, & carnis & cutis ulcus ſtatim accedat, quodque ulceris foramen valdè ſit exiguum, labia palleant, materia effluat tenuis, caroque mollis & aliquando tumefacta ſit, minimè verò, ut in Hyperſarcoſi ulceroſa, ſuâ ſponte increſcat.

(8) Prædictus dolor, tumor, ulcus, oſſisque corruptio, ceu vera, prout Author appellat, *Spinæ Ventoſæ* ſigna accuratiſſimè perpendenda, probeque dignoſcenda ſunt, ne ſub vulgari ulcere carioſo, aut externa etiam carie imponant. Nam & quatuor hæc nomina-

ninata ſigna vulgari ulceri carioſo
on minus competunt, ſolâ hâc inter
edente differentiâ, quòd in ulcere ca-
ioſo externus tumor cutisque atque
arnis exulceratio oſſis corruptionem
ntecedat, demumque progignat;
ontrà verò in *Spinæ Ventoſitate* oſſis
orruptio externum tumorem, cutis-
ue atque carnis exulcerationem non
olùm antecedat, ſed etiam efficiat de-
ium. At quæ abditæ perque tumo-
em & externum ulcus nondum ſe
rodentis oſſis corruptionis *Spinæque*
entoſitatis ſigna? Hîc ego quidem
ræcipuum eſſe cenſerem *dolorem*
membri ὀξυωπον, laſſitudinem referen-
em, & nonnunquam punctura Spinæ
ſtar divexantem. Hic enim tumo-
em ulcusque exterius conſpicuum
ræcedit; adeo ut huic dolori primum
ocum inter pathognomonica Labis
oſtræ ſigna aſſignaverit Petr. de Mar-
hettis. Ita enim *loc. cit.* Signa pa-
ognomonica, inquit, ſunt, *dolores*
a principio inſtar punctura Spinæ, ar-
culi affecti, adoleſcentia, tumor mol-

lis, laxus, qui hians ſeroſitatem effun-
dit, cui ſi pus immiſtum fuerit, hujus
ex corroſis partibus carnoſis aliqua
portio gignitur. Severinus *cap. 17. p.*
311. ſex imprimis numerat discretri-
ces, ut vocare amat, Vitii ſive Pædar-
throcaces ſuæ notas. (1) quòd pueris
ſit familiaris. (2) quòd poſt recurren-
tes variolarum, morbillorum, cerio-
rum & achorum, lactuminis item, ut
dicunt, ac tineæ, negatas, imperfectas-
que repurgationes ſuccedere ſoleat.
(3) quòd *os prius vitii vim ſentiat*
quàm circum obducta caro. (4) quòd
cùm artus impetere ſoleat, maxime
tamen articulos laceſſat ac feriat. (5)
quòd malignam vim præ ſe ferat, quam
vix ulla Medici providentia & ſedulii-
tas venientem antevertere, aut aggres-
ſam curare valeat. (6) quòd dolor pe-
rioſtei, membranæ, punctorius affligat.
Plura itaque ſigna ſimul conjungenda
ſi errare, Morbumque cum aliis con-
fundere nolis. Nec tamen, quod itc-
rum notandum, omnia recenſita ex-
pectan

pectanda sunt, aut necessariò requi runtur.

(9) Apostema hîc pro tumore, Arabum more, sumserit Author, quod non nisi per accidens ad *Spinæ Ventosæ* productionem concurrit, quatenus nimirum apostemate membrum aliquod obsessum, hincque peccantibus humoribus suffusum à naturali sua diathesi dejicitur, ac labefactatur; unde non solum subjectum os externâ ac superficiariâ carie corrumpitur; sed etiam intima ejus substantia, maximè accedente corporis cacochymiâ, vel ab ichoribus mordacibus quasi per cuniculos ad id delatis, inque eo jam debilitato commodum hospitium invenientibus; vel à nutritio succo ob partis præexistens hoc vitium degenerante acriorique reddito impetitur, corroditur, syderatur, sicque ipsa *Spinæ Ventositas* procreatur.

(10) Caro livida, flaccida & mollis non solùm specialiter *Spinæ Ventositatem*; sed & generaliter omnem ossis corruptionem indicare perhibetur. Et

quidem livida redditur caro ab humo-
re corrupto, quem os similiter corru-
ptum eructat. Ostendit enim carc
secundùm Heurnium *Commentar. in*
all. Aphor. Hippocr. ossis intemperiem
quando caro ossis cariem sensit. Flac-
cida verò fit caro, & molescit propte
saniem ex osse exsudantem, Avicem
næ testimonio, qui *libr. 4. Fen. 4. tract.*
4. cap. 10. quum ossi, ait, corruptio acc
cidit, vides carnem super ipsum mol
lescere & mollem fieri.

(11) Fœtor quoque pravus, qui e
sanioso ulcere exhalat, & à putrefacti
va corruptione, partiumque resolutio
ne provenire ut plurimum solet, ossi
corrupti non contemnendum signum
est.

(12) Ipsa Galeni loc. ab Author
cit. verba hîc adscribi omninò meren
tur, quæ hæc sunt: Multa sæpè, inquit
ejusmodi ulcera ad cicatricem perdu
cta, non ita multò post rursus inflam
mari, & cicatrice solutâ rumpi sum
visa; id autem fit talem aliquam co
causam. Cùm adhibitis medicamen
tti

tis caro ossi affecto superposita siccata duxit cicatricem, sanitas è vestigio restituta esse videtur: sed rursus ex osse altiùs vitiato ichore quopiam paulatim affluente iterum oboritur inflammatio, & puris subsequitur generatio, è quo cicatrix eroditur & caro exulceratur. Id quod Sennertus *Pract. libr. 2. Part. 1. cap. 10. pag. m. 23.* nec non *libr. 5. Part. 2. cap. 13.* dentium exemplo perbellè confirmat, quando ait, quòd, etiamsi in dentium carie, è quibus sanies per foramina ossis maxillæ exstillat, & extra in maxilla ulcus excitat, illud ulcus sanetur, tamen post temporis aliquod intervallum iterum cicatrix rumpatur, neque integrè sanescat ulcus, antequam dens, qui ulceri causam præbet, extrahatur. His adjicere possem propriam observationem, quâ, abhinc circiter sexennio, Patavii vidi, fistulosum cum ossis corruptione conjunctum diuturnum ulcus propè nates in femore puellæ 13. quasi annorum, quod deliberato procul dubio consilio, felicissimus ille Chirur-

gus Petrus de Marchettis consolidare noluit, Antonium de Marchettis, hujus Filium ad cicatricem quidé perduxisse, sed quod post trimestre ferè spatium pejoribus, quàm antè, ægrotantis rebus, iterum recruduit, idque solam ob hanc rationem, quia os, quod subtus delituit, corruptum fuit.

(13) Febris etiam Severinus meminit *cap. 17. pag. 310.* his verbis: Interdum, inquit, febricula tenuis & pusilla corpus tenet. Evenire autem tum imprimis videtur, quando pus atque sanies generatur, juxta tritum illudi Hippocratis effatum: dum pus fit, febres fiunt, *Aph. 47. Sect. 2.*

(14) Major ex ulcere emanans saniei copia, quàm aliàs ex hujuscemodi ulcere sine ossis corruptione emitti solet, inter ossis quoque corrupti signa refertur, docente hoc Galeno *Commentar. in libr. 3. Hippocrat. de Fracturis text. 18.* ubi ita: quando copiosius pus est, ait, quod emanat, quàm ulceris magnitudini par sit, suspicandum est, affectum esse os, quod, si gliscere quoque videatur (ὀργᾶν vocat Hippo-

Hippocrates, id est, ad excretionem festinare) atque incitari pars, quæ laborat, tunc pro certo id habere jam potes.

(15) Id quod iterum Severinus *loc. cit.* confirmat: Corpus, inquiens, tenet interdum macies & cachexia, quæ non minimè verenda sunt mala; præsertim in cachecticis gracilibus, & malè habitis impuberibus.

CAPUT VIII.

De (1) Signis in specie.

ILla Ventositas Spinæ cum (2) *superficiali, parvaq; ossis corruptione conjungitur*, quæ cum tumore intemperieque modica reperitur, & in qua tumor, unà cum intemperie ipsa minimè crescit, & tumore rupto non multa exit sanies: Illa autem cum (2) *profunda, magnaq; corruptione associatur*, quæ antiqua, cum magno tu-

more intemperieque continuò accrescentibus existit, & in qua sanies post tumoris disruptionem multa emanat.

Malignæ Ventositatis Spinæ signa sunt, quando propriè in articulo, aut in appendice ipsius articuli persistit, & præsertim si profunda, magnaque & cum fœtidissima virulentaque sanie, ac cæteris supradictis conjuncta fuerit: Eoq; magis propriè maligna erit, dignoscetur q;, si ægrotans aliquo (3) *pravo morbo*, ut *Gallico, variolis, malignáve febre* antea laboravit; unde natura ab illa prava qualitate in humoribus existente stimulata ad aliquam debiliorem partem eam transmisit, Ventositatemque Spinæ malignam procreavit. Prædictam autem malignitatem immediatè ab osse procedere, conjecturari potest

(cùm

(cùm certa signa habere impossibile sit) à pessimo corporis habitu, qui nobis ostendit, vel principalia, vel cuncta membra malè affecta esse; nec non ab exordiendi modo: tunc enim exiguus aliquis dolor frangitivus, & calor aliquantulùm auctus in parte affecta persentitur, donec postea ob auctam materiam dolor quoque augetur ipse, fitque intensus; qui tandem dum periosteum ab humore jam putrido attingitur (materia enim sensim sub periosteo colligitur, sensimque putrescit; ad cujus putredinem qualitates jam dictæ sequuntur) mordicativus, pungitivusque evadit; quo simul calida augetur intemperies, parsque in tumorem incipit attolli, quoniam doloris, ipsiusque partis imbecillitatis causa, sanguis scilicet, ac cæterarum partium excre-

menta ad eam transmittuntur;; ipsaque pars proprium nutrimentum sibi assimilare minimè valet,, sed in excrementum illud permutat; sicque sequitur ad finem usque.

Illis Ventositas Spinæ imminet,, quibus excrementa, quæ aliàs à capite expurgabantur, absque occasione ulla supprimuntur, velutii de transmittente parte, atque dolore frangitivo laborantibus (4)) *superiùs scriptum reliquimus.* Att magis propriè imminet, si dictuss dolor à flatulenta potiùs, quàm ab humorali materiâ generetur.. Difficillimum enim est humorem tam citò resolvi, quin ab eo offiss corruptio sequatur, præsertim si ichor fuerit biliosus, cujus interr humores proprium est frangitivum dolorem gignere. Imminett præterea illis, qui debiles habentt

articu-

articulos, vel partes dorsales, præsertim si doloris, (5) *tumoriúq;* alicujus non penitus fuerint expertes; qui aliquando ita supervenire solet, ut ferè ilico evanescat, iterumque redeat, & quidem toties redeat, donec ibi fixus tandem remaneat, & humor putrescat. Imminet tandem & (6) *podagrâ* similibúsve morbis laborantibus, qui ab illis morbis ad aliquod statutum tempus non sunt liberati; quo fit, ut materia ibi diù detenta, putrescat, corrumpatur, & ossi, ut aliàs diximus, corruptio impertiatur, quod ultra rationem in quodam seniori religioso experientiâ didici, qui adhuc hujusmodi morbo miserrimè subjacet.

Hujusmodi affectionem in fieri esse, cognoscitur, quando dolor non solùm incipit, sed & protrahitur, sæpeque intensissimus fit,

& præsertim, si à materia humorali sub periosteo contenta causatur; (qui dolor, ut ostendimus, frangitivus nuncupatur,) deinde tumor apparet, parsque inflammatur, ac tum inflammatio, tum tumor sensim augentur, & proinde dolores acuti, extensivi, gravativique ob calidam qualitatem alterantem, materiamque comprimentem, ac tendentem nervos atque tendines fiunt: è quibus jam numeratis in longius progredientibus, ac supradictis indiciis, corruptionem in osse jam factam esse cognoscere debemus.

(7) *An ossis corruptio sit cum illius erosione, vel sine illa*, disrupto tumore, stylum per foramem intromittendo cognoscetur, quô si os tangitur, & minimè lubricum, sed scabrosum percipitur, indicium est, corruptionem cum erosio-

erosione esse. Si autem lubricum & non asperum deprehenditur, os corruptum esse sine erosione certi erimus.

Si tumor suâ naturâ calidus, vel frigidus fuerit; tunc à primo principio talis erit, & per calorem, per ruborem, atque per alia cognoscetur signa: verbi gratia, si sanguineus, cum illo non solùm calor & rubor, verùm etiam tensio, renitentia, atque pulsatio conjuncta erit. Calor tum sentitur, quia sanguis naturâ est calidus, & quia in parte constrictus constipatusque calorem præter naturam acquirit. Rubor apparet, quoniam hic caloris est affectus, & præterea sanguinis color rubicundus est. Dolor fit ob intemperiem calidam, materiamq; continuum solventem. Tensio causatur à materia replente, & tendente, sicuti id

in

in utribus, magnisque pilis contingere videmus. Et denique pulsatio ob necessitatem ventilandi, & superfluum ejiciendi, nec non ob angustationem spatiorum circa arterias persentitur.

Si biliosus fuerit tumor, ejus signa cum supradictis ferè conveniunt. Nam dolor adest, ut in phlegmone, sed pungitivus, & non extensivus, pulsativusque, ut in ipsâ phlegmone: itemque color, & is vel rubeus, clarus, vel flavus, vel citrinus, qui, ut in (8) *erysipelate* digito compresso, aufugit, statimque redit.

Tumor autem naturâ frigidus, & per accidens tantùm calidus, ab ortu suo frigidus apparebit, postea verò humore in parte detento, calidus evadit. Duri, vel mollis tumoris, nec non illius cum ingenti, vel remisso dolore, conjun-

&ti

i signa per se notissima sunt, & ropterea omittimus. (9) *Tumor nte ossis corruptionem*, & per ansmissionem fit, quando in arte affecta ante eum nullus do- or aut calor præcessit, tanquam ttractionis causa. Fiet autem il- tumor corruptione in fieri, & facto esse existente, & attractio- is causâ præsente, quando in nembro ægrotante ante dolo- em nullus aderat tumor.

Pituitosus tumor ex colore & actu cognoscitur. Color enim lbus, quia alba est pituita, ac ad actum mollis se ostendit. Et præterea indolens existit, ac digi- o compresso fovea relinquitur, quæ non statim elevatur, ut in hlegmone.

Aquosus est albi coloris, ten- us, factâque compressione nulla remanet fovea.

Melan-

Melancholicus durus est, in
dolens, difficulterque sentiens, &
coloris plumbei, dummodo
crassa, vel congelatâ, vel exsiccat
pituitâ genitus non fuerit. Tum
etenim color albus erit.

Si intemperies, aut calida, au
frigida, aut humida simul aderi
per supradicta signa cognoscetu
& si ea vel magna, vel parva fue
rit, à magno, vel parvo recessu
naturali statu partis affectæ co
gnoscetur.

(10) *Signa* etiam *à subjecti*
merito omittenda sunt, cum e
jam dictis innotescere possit, i
qua corporis parte affectio latea

(11) *Humor an calidus* per s
an verò per accidens sit, inde no
tum fiet, quod illo calido, nemp
per se influente, statim calor au
ctus in parte sentiatur, hicque ma
gis magisque deinceps augeatu
qui

quia sanguis, bilisque hîc peccans per hæc signa de tumoribus supra allata se prodit. Si autem per accidens humor caliditatem acquisierit, tunc illo influente auctus calor in laborante parte non sentitur, calidisque patiens delectabitur. At ibi eo non nihil immorante, ac putrescente, calor non naturalis percipitur. Frigido, humidoque, id est, aqueo existente humore, mollities ibi videbitur, quamdiu modicus is fuerit. At si multus, aderit quoque tensio, ut supra diximus. Si fuerit humor virulentus, ad signa de corruptione maligna recurrendum. Et si corrumpens, erodensque insimul erit, in loco affecto calor, & dolor frangitivus, mordicativusque necessariò sentitur. Si denique corrumpens tantùm fuerit, istis supradictis carebit qualitatibus.

AN-

ANNOTATIONES *ad* CAPUT VIII.

(1) SPecialia hæc ſigna facilè iis noteſcent ei, qui hactenus dicta & præcipuè antecedentes cauſas, affectusque comitantes penſiculatiùs conſideraverit. Unde & nos hoc Capitis Annotationibus noſtris parciſſimi erimus; maximè cùm multorum ſignorum rationem ex præcedenti longiùs deducto Cap. commodè peti poſſe videamus.

(2. 2) Non video, quomodo in *Spongiæ Ventoſitate* propriè & per ſe ſuperficialis oſſis corruptio locum habere & parva dici poſſit, cùm in omni *Spongiæ Ventoſitate* oſſis corruptio ſemper interius, id eſt, in interna oſſis ſubſtantia incipiat, & extrorſum perioſteum verſus progrediatur, ſicque ſuperficialis oſſis corruptio demum ſuccedat & profundam præſupponat, adeoque ſuperficialis oſſis corruptio profundam vehementiâ ſuperet, quia profun-

di

ſine ſuperficiali , ſuperficialis au-
n ſine profundâ eſſe non poteſt,
uæ enim, quæſo , aliàs inter exter-
in cariem ſive ulcus carioſum vul-
re, *Spinæq; Ventoſitatem* intercede-
t differentia ? Vel quid opus fuiſſet,
riem in externam diſtinxiſſe atque
ternam ; illamque à noſtro affectu
paraſſe; hanc verò cum eo copulas-
? Dixi autem notanter propriè &
r ſe. Nam quomodo ulcera, alia-
ne externa membri alicujus vitia, i-
aque præterea externa ſive ſuperfici-
is caries ulcera haud rarò ſequens ad
pinæ noſtræ *Ventoſitatem* per acci-
ens concurrere , & ad eam anſam
ræbere valeat, ex ſupradictis ſuffici-
nter conſtare poterit. At externa illa
ndecunque orta oſſis caries propriè
ondum *Spinæ Ventoſitas* nominan-
a , ſed fit demum *Spinæ Ventoſitas*,
uando illius externæ cariei occaſio-
e ab intra quoque & ab interna aliqua
auſa oſſis ſubſtantia corrumpi inci-
it. Unde externa illa ulcera oſſeas
artes occupantia, nec non oſſium fra-

cturæ,

cturæ, contusiones, comminutiones &c. à quibus exteriùs ossa & superficialiter labem sæpius contrahere solent, non nisi ad mediatas *Spinæ Ventosæ* causas à D. Gõtsio *l. c. cap. 3.* rectissimè referuntur. Et habemus cum primis nobis adstipulantem sæpe laudatum D. Paul. Ammann. cum Olitzschio, quando *loc. cit. cap. 3.* Non satis est, inquit, Chirurgo, corruptum os pro cognito habere, teneat præterea oportet, sit ne superficialis illa corruptio, vel an profundius in ossium substantiam pertingat? quod *posteriùs equidem in Spina Ventosa præsupponо, quoniam ab intra*, quod dicitur, & *versus periosteum hæc corruptio incipit.*

(3) A malignis & pravis his Morbis, ut luè Gallica, Variolis, Morbillis, febribus malignis, quin & fortassis à scorbuto, &c. quorum aliquo illum olim laborasse scitur, qui nunc *Spinæ* detinetur *Ventositate*, facilè omninò concludere est, ipsam quoque hanc *Spinæ Ventositatem*, malignum atque

pra-

vum esse morbum. In speciè à
iolis & Morbillis vel malè repur-
s, vel temerè intrò repressis tam
quenter ortum ducere affectum
trum creditur, ut Severinus, qui-
hunc ceu ducem sequitur D. Se-
n. Schefferus in *Inaugurali Disput.*
vel unicè, vel certè maximam
tem inde Pædarthrocacen suam de-
ant. Idque confirmatur aliquot
vium Authorum authoritate ac ob-
vationibus. Quando Guil. Ballo-
s Paris. Medicus *Epidem. Libr. 2.*
ivam tempestatem Anni 1579. me-
rat, eam pustularum hujusmodi
nodum feracem esse scribit. Ob-
os enim tum esse, inquit, passim
nores & dolores in *variolis*, quæ
eros necabant corruptis *partibus*
dis. Illustratque hoc duplici ex-
plo, uno filiæ Dumæi, altero Joh.
thommes filii. Ambros. Paræus *L.*
cap. 1. annotavit, materiam, ex
a *variolis* hisque similibus affecti-
s origo est, qualitatis adeo malignæ,
tilentis & contagiosæ participem
esse,

esse , ut carnosas partes laniasse non contenta , *ossa* etiam *arrodat* & corrumpat, luis Venereæ instar ; quod imprimis declarat nobilissimo exemplo filiæ Claudii Piquei , quod jam supra *pag. 130.* recensuimus. Apud Fabric. Hildanum elegans huc faciens habetur observatio *Centur. V. Observat. 58.* de puero Christoph. Buckardi , quod nempe is contraxerit *ex variolis* præter alia symptomata tumorem ex materia pituitosa & flatulenta circa *malleolum* sinistrum, qui videbatur difficilis & longæ curationis, sæpeque *ossa erodentem* absceſſum minari. Idem testatur Phil. Salmuth *Libr. 1. Observat. 34.* ubi, quando *variolis*, inquit, ebullitio est nimia, valdè vehemens, sanguinem quasi furiosum reddit , qui de loco ad locum fertur , potissimùm autem *articulos* petit, tanquam *partes exangues*, & *imbecilliores* : subditque historiam puellæ Jeremiæ Kelleri : Cui in *variolis* pars materiæ occupaverit *utrumque humerum*, utrumque *elecranum*

& utrumq; genu. Huic tandem, ut
inem faciamus, non dissimilem casum
idit Nobiliss. D. Sebast. Scheffer. in
nfante unius anni Charitino; cujus
rachium sinistrum, quum *variolæ*
n corpore planè suppressæ, perperam
tiam expurgatæ & exsiccatæ essent,
ecurrens quidam humor cum fer-
nentatione & nova sanguinis ebulli-
one ita occupavit, ut aliquibus tu-
erculis obortis sequerentur *abscessus*
rticulorum, carpi & *radii.*

A Gallico Morbo quomodo descen-
ere Malum nostrum queat, perstrin-
mus *Annotat.* ad *Cap. VII. num. 1.*

(4) Superiùs, id est, *Cap. V. p. 189.*
ec non *Annot. adidē Cap. p. 217. 218.*

(5) Nimirum tumor non solùm
embrum, quod obsidet, debilius
ddit; sed & dolore affligit; hincque
rruptorium nostrum ossium absces-
m per accidens sive occasionaliter,
, quo supra indigitavimus, modo,
celerare valet.

(6) Podagram generali sensu pro
thritide dubio procul hîc sumpserit

anni: ulcus enim magis profundũ magis exsiccandũ, quoniam copiosiores ibi generantur humiditates quã in superficiali. Tempore hyemali, calidius, quàm æstivo applicandum medicamen. Simplicia sarcotica sunt *thus*, *resina abietina, laricina, terebinthina, gummi*, *lithargyrium*, *minium*, *plumbum ustum*, & *lotum*: composita sunt *unguentum de minio, de lithargyrio*, *plumbo*, *isis*: atque hæc in siccioribus naturis, in cæteris verò epulotica, nempe cicatrisantia locum habent: habemus præterea *unguentum* (17) *resinum basilicum*, (18) *matrisylvæ*, *oleum hyperici*, *ceratum barbarum*, & *diapalmæ*: In casu nostro summoperè *unguentum resinum* cum *unguento de minio permixtum* valebit, itemque *mel rosatum*, cum *terebinthina*, & *thure*, quibus turunda

a illinatur; & super ulceris os, ce-
atum barbarum, aut diapalmæ
pplicetur.

Si dolor ab acuta vel salsa ma-
eria procreabitur, sive is frangi-
vus, sive alterius speciei sit, tunc
ro ejus sedatione ita proceden-
um est, ut causa doloris aufera-
ur, velut indigitavimus, resolven-
o nimirum, exsiccando, & par-
m roborando, quibus scopis su-
ra posita medicamenta satis fa-
ent: quemadmodum etiam si à
nateria ex ipso osse scatente do-
r oriatur; quibus tamen jam di-
is medicamentis ea præterea ad-
ere possumus, quæ aliquam (19)
conditam respiciunt qualitatem,
uæ sæpènumero cum morbo
ostro conjungitur; ut

℞. *Hordei*,
lentium,
fabarum ana manipul. un.

pomorum granator. acidor.
numer. duo
sonchi,
plantagin.
quinquefolii ana manipul. se-
mis

Misc.

& bulliant in *vino rubro* quousque omnia decocta fuerint, hac tamen cautione, ut legumina sejunctim decoquantur, pòst omnia triturentur, contundantur & cum pauca quantitate *olei myrtini*, & anethini tantilloque *croci*, & *camphoræ* in formam emplastrii redigantur: aut excipiatur decoctum spongiâ, & super partem factâ prius fomentatione expressa ligetur: vel

℞. *Sonchi,*
plantagin.
quinquefolii,
flor. chamomill. vel
herb.

herb. anethi, vel
parietariæ ana manipul.
un.

Misc. contundantur, fiatque Emplastrum parti affectæ applicandum.

Optima etiam erit *creta in oleo rosato, myrtino, aqua ardente, oleo petroleo*, vel *spicæ* cum *pauco aceti*, dissoluta, quâ membrum affectum linatur crasso modo, illitaque per 24. horas permaneat, iterando istud remedium quotiescunque opus fuerit.

Si materia frigida tenuisque fuerit, spongiis, in aqua salsa, lixivio, vel aqua ardente madefactis, modo supradicto, exsiccabitur: At si resolutionem renuat aut ob multitudinem materiæ aut ob partis imbecillitatem, seu aliud vitium; incidatur, & curetur abscessus modo jam dicto, conco-

quendo nimirum, detergendo, incarnando, & agglutinando, si cavitas ingens, humiditates priùs exsiccatæ, sordesque detersæ, ac expurgatæ fuerint, cùm agglutinantia ceu austera, & adstringentia, (Galen. *3. Meth. cap. 6*) aliàs non conveniant; quæ agglutinantia sic parari possunt.

℞. *Rosarum*,
balaustiorum,
absinthii,
fol. myrti, ana manipul. un.
nucum cupress. numero decẽ,,
aluminis Rochæ, unc. un.

Misc. & bulliant in *vino rubro austero*, & usurpetur intus cum siphone, & extra cum spongiâ, sed expressa, & fasciis decenter circumligata, ut fluentes humiditates per fascias exprimantur, & vi spongiæ exsiccentur: quo facto os ulceris cute tegendum: sed

quia

quia cutis pars est seminalis, & pars seminalis semel deperdita amplius non crescit, juxta Hippocratis sententiam 6. *Aphorism.* 19. natura adjuvanda est, ut aliquid cuti simile regeneret, nimirum 20) *cicatricem*, quæ à carne admodum exsiccata oritur: ita enim Galenus 3. *Meth* 5. *materia*, inquit, *carnis est sanguis, & cutis, cicatricis autem itidem quidem caro est, sed exsiccata admodum: epuroticum ergo non solum, superfluum quod affluit, exsiccare; verùm etiam humorem, qui in ipsa continetur carne, consumere debet: &* 1. *simplic. cap.* 16. idem ait Galenus: *in planis ulceribus ad cicatricem deducendis id est consilium, ut caro mutetur fiatq; cutis;* id quod perficitur per ea, quæ carnem contrahere, constringere, constipare, condensare, & calli instar siccare valent;

lent; ita ut cutis veluti in callum durata sit caro : quare epulotica ista sicca sunt in tertio gradu, & admodum adstringentia, partim, ut siccitate sua humidum absumant, partim ut constrictione præcaveant, ne sanguis copiosiùs affluat; quod ipsum inter alia præstant, *aloes cortex, thuris, pini, ligni sancti, tutia, plumbum ustum, sumach, bolus Armena, balaustium, spodium, cerussa*, & ferè innumerabilia : composita sunt *unguentum de minio, de cerussa, tutia, plumbo, isis, ceratumq; diapalmæ.* Advertendum autem, quòd in siccioribus naturis sarcotica, in humidioribus verò epulotica, ut supra diximus, magis conveniant.

Oriente autem Malo à frigida, crassâ, & viscida pituitâ, ut plerunque observavi, repercutientibus non utendum, quia materia ipsa

ſa reprimentibus non cedit, ſed dhuc craſſior evadit, magisque arti affigitur, & prorſus incurabis redditur, verùm ipſa materia er affectam partem evacuanda ſt eam emolliendo, incidendo, z reſolvendo ſubſequentibus ferè nedicamentis, nimirum:

℞. *Cerati diachyl. magni,*
œſipi philagrii, ana unc. duas
mucilagin. ſemin. althææ,
caricar.
ſucci ireos, ana unc. un.

Miſc. & bulliant usque ad *mucilaginum*, & *ſucci* conſumtionem; deinde addatur *terebinthinæ claræ* uncia ſemis, *ceræ*, q. ſ. ad confici-ndum *ceratum*: aliud:

℞. *Galbani, ſerupini,*
opopanacis,
ammoniaci, ana unc. ſemis,
ſucci ireos,
bryoniæ,

aceti

aceti scillitici, ana unc. unam Misc. & bulliant lento igne, quousque gummata fuerint dissoluta, & succi consumti ; pòst addatur *olei liliorum alborum*, *terebinthinæ*, *ceræ*, ana uncia semis, iterum parum bulliant, & in fine addantur *pulveris ireos* drachmæ duæ: Aliud:

℞. *Farinæ semin. lini*,
fœnigræci,
hordei, ana unc. duas
pulver. flor. chamæmeli,
meliloti, ana unc. unam.

Misc. & bulliant in *oxymelite* q. s. ad conficiendum emplastrum; in fine addendo, *olei liliorum alborum*, *pinguedinis anatis*, ana drachmas sex; & Fiat Emplastrum: aliud summoperè valens.

℞. *Flor. chamomill.*
aneth.
meli-

melilot.
herb. parietariæ, ana manipul. un.
rad. althææ,
ebuli, ana libr. unam;
sem. lini,
fœnigræci, ana unc. duas
Misc. & bulliant in *aqua mulsa*, quousque omnia decocta fuerint; quibus adde *olei communis* libram semis, quæ *decoctio* pro *fomento* ita inserviat, ut in illa spongia madefacta & expressa, super partem laborantem continuè deineatur; hac tamen cautelâ, ut in fine morbi prædictum *fomentum* fine oleis adhibeatur, & vel *spongia* cum *aqua salina*, *lixivio*, & præsertim cum *nitro*, & pauco aceti, vel *ceratum* è *marchesita*, vel *diachylon magnũ* cum pulvere *aristolochiæ*, *& ireos* administretur.

So-

Soleo autem & parare stillatitium oleum hunc in modum.

℞. *Terebinthinæ*,
resinæ pini,
ceræ citrin.
mastichis, ana unc. quatuor,
ligni sancti raspati unc. duas

Misc. & in vase vitreo lutato lento igne destilla ; quod oleum ad roborandos articulos, & materiam resolvendam summoperè conducit.

Si tandem à materia maligna subortus fuerit dolor, illa discutienda exsiccandaque est: cujus particularia discutientia prætereo, quia superiùs posita hîc accommodari possunt ; modo cum his aliquod alexipharmacum permisceatur, ut est *theriaca*, *bolus Armena*, *cepæ*, & *allia* sub prunis decocta, *dictamnus*, item *gentiana*, *quin-*

inquefolium, ruta, scordium, cer-
Lemnia, chamædris, atque *Mer-*
rius in morbo Gallico. Et si
suppurationem tendit tumor,
ppuretur, & procedatur eodem,
io supradictum, modo. At si à
leteria qualitate calor, tempe-
mentumque partis penitus cor-
mpuntur, ad ferrum ignemque
veniendum, aut saltem ad mox
cenda sequentia medicamenta,
sufficientia videbuntur, etsi his
iamvis partem carnosam cum
iqua ossis corrupti portione tol-
re possimus, morbum tamen
erfectè curare nequeamus, quia
corruptione major pars ossis
ɔsessa est; quo in casu, (21) *to-*
m membrum læsum, serrâ à sano
secandum, (22) *pars sana relicta*
curenda, partim ut roboretur,
rtim ut sanguinis fluxus tolla-
r, partim ut, si aliquid maligni
reman-

remanserit, destruatur. Et quia, ubi os corruptum est, plura solent ulcuscula cum carne mala squalida, & fœtente oriri, ideo caro illa tollenda, vel (23) *cathæretico* aliquo, quale est *dyphriges*, *flos æris*, *æs ustum*, *alumen Rochæ*, *hermodactylus*, *asphodelus*, *Mercurius præcipitatus*, *unguentum Apostolorum Ægyptiacum*, atque, *aqua fortis*; qua fini etiam (24) *filamenta* à Fallopio parantur hoc modo.

℞. *Filamentor.* unciam unam,
aquæ rosar.
plantagin.
solani, an. unc. quatuor,
Opii scrupul. unum,
medullæ panis unc. duas,
argenti sublimat. scrup. quatuor.

Misc. bulliant ad medietatis consumptionem.

onsumtion. Deinde extrahe, ex-
rime atque utere.

Quibus jam dictis medicamentis
utrefacientia substitui possunt, ut
25) *trochisci de Minio, Johannis
le Vigo ;* aut *sublimatum* pluries
quâ rosarum, & *plantaginis* lo-
um, iterumque exsiccatum ; aut
dem jam dictum *sublimatum*
um *aquâ rosarum* & *tragacan-
ho* exceptum, inque formam te-
etem redactum ; aut idem *subli-
natum* infusum in *aqua rosarum
& succo apii*, inque phiala per qua-
raginta dies , & quidem ipsos
aniculares, retentum sæpe agita-
um, tandemque exsiccatum & u-
ui servatum.

Atque hoc sublimatum illud
st medicamentum , quod Scro-
hularii pro maximo secreto, ne-
minique revelando habent, quod
amen nos, qui ejus usum propria
expe-

experientiâ & tandem cujusdam
relatione, in strumis, cancris, carr
bunculis, & cæteris hujus generii
morbis, sæpe feliciter, cum tantill
lo *opii* permixtum, experti sumus
reticere noluimus : quod etiam
ad dilatandum ulcus usque ad oss
optimum est; deinde verò demum
os ipsum, vel instrumento rasorio
vel ferro candente (ut jam dixii
mus) tollendum, si potest; sin mi
nus, & jam allegatis remediis ob
aliquam causam tolli nequit, ea
applicanda pharmaca, quæ maxi
mam vim exsiccandi habent, u
est, *oleum de chalcantho*, & cætera
supra enarrata, desuperq; ceratum
aliquod è supradictis ducendum
Sed si materia adeo acris, & acu
ta fuerit, ut inde ulcera fiant ser
pentia, loco ceratorum dictorum
substituatur unguentum de sterco
re canis, quod ita paratur.

℞. *Sterc*

℞. *Stercor. canis ossa comedentis exsiccati & pulverisati* drach. sex,
plumbi usti,
tutiæ præparat. an. unc. semis,
lithargyrii,
cerussæ, an. drachm. duas,
lactis caprin. libr. duas,
farinæ lentium unc. quatuor.

Antequam verò unguentum hoc componatur, sic omnia sunt disponenda : primò multa ferramenta extinguantur in lacte ; deinde farina & stercus cum lacte misceantur, & coquantur ad spissitudinem usque, pòst adde *olei rosati, myrtini* ana unciam unam semis, *cerae albæ* q. s. iterum coquantur omnia, donec cera liquefacta fuerit; ultimò mineralia adjiciantur, & statim auferatur ab igne tota massa, ac ducatur simul, donec unguen-

guentum fiat, quod Johannes di
Vigo *Copios. Libr. 7. de Naturr*
Simplic. ferè sub fin. p. m. 624. haa
bet. Fiat etiam lotio cum *decco*
cto è *rosis*, *hordeo*, *balaustiis*, &
plantagine parato & cum *vin*
diluto.

Si post ulcerum sanationem, &
materiæ discussionem, exsiccatio
nemque aliqua remanserit dur
ties, veluti quàm sæpissimè acc
dere solet, quia, dum ossis time
mus corruptionem, magis discu
timus, & exsiccamus, quàm emo
limus; eò quòd melius est ægro
tantem cum aliqua duritie i
parte vivere, quàm eum laboran
magnis apostematibus, fœtor
bus, febribus, & tandem mor
emollientibus (sublato ossis co
ruptioris metu) utendum, fac
tamen semper fomento cum *l*
pide pyrite ignito & in *aceto* e
tinct

nctio, quod, licèt exsiccet, respi-
t tamen simul naturam partis,
citque, ut emollientia malactica
Galeno *5. Simplicium* & *7. de*
ompositione medicamentorum se-
und. genera cap. 1. appellatâ, pe-
etrent, hincque ipsum materiam
assam & viscidam attenuat ac
cidit, & à Galeno *2. ad Glauco-*
m, in duritie ligamentorum,
ndinumque laudatur.

Ne verò ea malactica absque
tione administremus; cùm du-
ies multiplex sit, non erit in-
nveniens, imò necessarium, de-
arare, quid sit durum, quot mo-
s fiat, nec non quænam diffe-
ntia inter durum, & tensum in-
rcedat. Quoad primum; dura
cuntur illa, quibus caro nostra
dit Galen. *5. simpl. 4.* & *3. de*
ulsibus, sicque durum, vel per
siccationem, vel per concre-

tionem, vel ex nimia repletione,, vel ex permiſtis cauſis ; quamvis durum tertio modo acceptum,, impropriè durum dicatur , denſumque potius appellandum ſit.. Durum enim propriè dictum illud eſt , cui caro noſtra,ut diximus,cedit ; denſitas autem nihil aliud eſt quàm transponentis, & transpoſiti æqualis actio,verbi gratia, ſi ponitur transponens, nempe digitus ſuper denſitatem, digitus denſitatem transponit ; deinde transpoſitum , (denſitas ſcilicet,) transponens transponit , & ſic ſucceſſivè fit,indicatque laxantia , & emollientia , propterea cùm non una ſit induratorum natura , neque una eorum debeat eſſe medela. Nam quod à ficcitate induratum eſt , humectarri quod à congelatione, excalefieri quod à repletione, inaniri; quo

autem

tem à permistis inter se causis,
sce medicamentis permixtis cu-
ri debet. Stantibus ergo his, du-
iei per congelationem ortæ
oprie dicta malactica conveni-
t, & quidem malactica calida,
frigori, seu congelationi con-
rientur. Ita namque Averroes
Collig. quod per congelationem,
quit, *induratum est, calefactio-*
n requirit. Quicquid enim
ngelatum est frigore, liquatur
alido, siquidem liquari potest.
cùm in congelatione dicta, seu
eo, quod congelatum est, hu-
or sit, & humor absumi debe-
quia ptæter naturam ibi repe-
ur, idcirco prædicta malactica,
ra caliditatem siccitatem quo-
e possident. Et quia potenter
efacientia subtiliores partes re-
vunt, cæterasque in afflicto
mbro relinquendo, morbum

reddunt curatu difficilimum, & vehementer exsiccantia suâ naturâ ad summam duritiem humorem parti impactum adigunt, ideo illa malactica, neque caliditate, neque siccitate excedant; sufficit, ea in secundo, vel tertio calida, & in primo gradu sicca esse. Galen. 5. *Simpl.* 9. Averroes *loco citato*, Avicenn. *lib.* 4. *Fen.* 3 *cap. de Apostematibus duris* Paulus 4. 38. & alii. Ad duritiem à re solventibus, vehementerque sic cantibus ortam, hæc valebit fo mentatio (adhibito tamen sem per prius fomento, vel ex acet vel ex mulso, cum lapide pyrit ut diximus) quæ talis est:

℞. *Radic. althææ incis.* libr. unam
folior. malvæ, manip. duos,
flor. chamæmel.
melilot. an. manip. unum
sem. lini,
fœn

fœnigræc. an. unc. quatuor.

Misc. & bulliant in *aqua* cum *caite & pedibus vervecis*, quousque aro optimè cocta fuerit, & adhieatur *embrocando* & *fomentando* uritiem; Cum quâ ipsâ aquâ decctâ *emplastrum* etiam sic formae possumus

℞. *Farin. sem. lini,*
fœnigræc. an. unc. tres,
radic. althææ incisar. & contusar. libr. semis;
Misc. & cum prædictæ *decoctionis*, s.q. F. Emplastrum, ad ignem addendo
pinguedin. gallin. anatis,
medull. vitulin.
ol. lilior. albor. an. unc. unam:
quo facto, servetur ad usum.
uta etiam Patavina summoperè

prosunt, & præ omnibus proficiunt. Factâ autem per congelationem duritie, ut in materia calida propter nimia repercutientia adhibita, atque in scirrho, tàm pituita crassa, & lenta, quàm à melancholia procreato contingit, utile erit *ceratum diachylon magnum cum gummis*; vel unguentum de althæa cum iisdem gummis compositum, vel sequens, quod

℞. *Bdellii,*
ammoniac.
galban.
mucilagin. sem. lini,
althææ,
caricar. an. unc. unam,
Misc. & cum
ol. sem. lini, vel
lilior. albor. q. s. Fiat Cata-
plasma.

Vel hoc, quod

℞. *Cerati magni* prædicti,

æsti

œsipi Galen.
emplastr. melilot. an unc. duas,
cæparum,
medull. crur. vitul.
pinguedinis gallin. an. unc. unam:
Misc. & cum Ceræ q. s. Fiat ad ignem molle Ceratum.

Quibus jungantur & quædam eorum medicamentorum, quæ in curatione materiæ pituitosæ idonea esse dicta sunt. Juvat præterea (pro omni intentione) *animalium calor*, quia calidum innatum excitat, atque restaurat; hincque jubemus, ut ægrotantes in calidis *balneatorum ventribus*, læsa sua *membra* aliquandiu detineant. Habemus præterea in agro Neapolitano Puteolis *balnea*, quæ omnes duricies emolliunt, præsertim (quod miraculi instar est) callos, in fracturis, malè restauratos unius ho-

ræ ſpatio, ſi verum eſt, quod mihi à quodam Religioſo relatum eſt, ita emolliunt, ut inde, & calli, & oſſa, plicabilia, ſicut puerorum oſſa, reddantur.

ANNOTATIONES *ad* CAPUT XV.

(1) PInguia atque oleoſa oſſibus noxia eſſe, pervulgatum eſt, ſciuntque illi etiam, qui vel è limine falutem Chirurgiam ſalutarunt. Id teſtatur Celeberrimus Ambroſ. Paræus, qui *Libr. 18. cap. 26.* pinguia hæc atque oleoſa inter cariei & oſſium putredinis cauſas refert. Oſſium enim, inquit, putredinem iſtam auget nimius oleorum & pinguium medicamentorum uſus. Teſtatur inſuper adhuc clariùs Paul. de Barbette, Exercitatiſſimus Chirurgus. Notandum, (ſic habent ejus verba *Chirurg. Anatom. Part. 3. cap. 3. pag. m. 22.*) oſſa medicamenta pinguia, oleoſaque perferre non poſſe

e, niſi vel ſummè exſiccantia ſint, vel pe deſtillationis omnem pinguedi- em amiſerint. Teſtantur denique ortaſſis & alii; ſed quos, ne longius beamus, huc trahere nolumus.

(2) In his, & ſimilibus corruptoriis ſſium abſceſſibus exſiccatione cum- timis opus eſſe, & quidem non ſo- m ratione ulceris, verùm etiam ra- one corrupti oſſis eleganti Galeni nfirmamus teſtimonio, quando in *mmentar. 6. Aph. 45.* exſiccari, in- it, omnia ulcera poſtulant, præci- è verò ea, in quibus os affectum eſt. nis verò ſiccandi eſſe debet, ſi pars us affecta abſceſſerit.

(3) Non poſſum, quin ſequens Joh. igonis, quod ipſe *Practic. Libr. 9. p. 34.* valdè ad affectæ partis robo- tionem deprædicat, huc transſcri- m:

℞ *Hord.* mund.
lentium,
roſarum,
fabarum ana Manipul. ſemis

pomorum granatorum cum *corticibus* numero duo:

Bulliant omnia simul cum *aqua dulcii* usque ad *hordei* crepaturam : deindee pistentur, & cribrentur, cui cribraturæ addantur

olei myrtini
rosati,
omphacini,
anethini,
chamamelini ana unc duas ;
ceræ albæ unc duas sem.

& iterum bulliant omnia parum, deinde deponantur ab igne, baculo agitando, donec tepida fuerint, & ultimo loco addatur

Croci scrupul. un.

& utere super loco dolenti more emplastri. Mirum in modum (sunt ejus verba) confortando locum materiam conjunctam desiccat & resolvit.

(4) Ossis corruptioni imprimis convenire exsiccantia medicamenta adeo ut exsiccante suâ virtute corruptas etiam ossis partes à sanis separare valeant, præter fidam rerum ma-

gistram

ſtram experientiam aliquot eximii
uoque Chirurgiæ Scriptores fidem
ciunt. Galeni teſtimonium *num. 2.*
dſcripſimus. Epiphan. Ferdinandus
Iſtor. ſeu *Caſ. Practic. 42.* Sicca, in-
uit, & arida oſſium humiditatem ab-
munt, & ſi arida magis fiunt, ſepa-
tioni ſeu deſquamationi paratiora
unt. Paræus *Libr. 18. cap. 26.* ratio-
em præterea, modumque addit, quô
xſiccantium virtute vitioſum os à ſa-
o abſcedere poſſe credat. Scilicet
nedicamenta, inquit, inſigniter deſic-
ando, omnem oſſis humiditatem tum
xcrementitiam, cariei authorem,
um alimentitiam exhaurit. Unde
xangue manet, & nutritionis, adeo-
ue vitæ expers. Quò fit, ut os ne-
eſſariò abſcedat, glutine eô, quo cum
anis partibus viciniâ & vitæ commu-
ione continebatur, deſtitutum; folio-
um inſtar, quæ decidunt, exhauſto
umido, quo, tanquam glutine, ramis
ropriis adhærebant. Hunc corrupti
ſſis per exſiccantia medicamenta à
ano ſeceſſionis ac ſeparationis mo-

dum paulo aliter, ita nempe exponit Sennert. *Libr. 5. Part. 2. cap. 13.* Medicamenta, inquit, quæ os corruptum à ſano ſeparant, valdè ſiccantia eſſe debent, ut humiditates ſuperfluas in oſſe corrupto abſumant, ipſumque os ſanum ſiccent, ut virtus expultrix abeo, quod vitioſum eſt, in eo ſeparet, & vis oſſifica os ſeu callum generet, quii os corruptum protrudat. Ipſa autem quod exſiccantia hæc, oſſisque corruptionem emendantia attinet medicamenta, deſcribit ea Galen. *Libr. 3. de Comp. Med. ſec. loc. cap. 3.* & *Libr. 10. cap. 2.* nec non *Libr. 5. de Compoſ. Med. ſec. gen. cap. 14.* quæ omnia in tres Claſſes redigit Sennert. *loc. cit.* nimirum vel in mitiora, vel in fortiora, vel in fortiſſima. Mitiora ſunt: *rad. peucedani, vitis albæ, (bryoniæ) ireos Florentin. aloë, alumen.* Fortiora: *rad. ariſtolochiæ rotund. dracontii, cortex panacis, pini, pumex uſtus, ſcoria æris, chryſocolla, Spiritus vini.* Fortiſſima: *euphorbium, chalcanthum uſtum, cinis ficulneus, calx, aqua fortis*

tis

is, oleum Vitrioli & *Sulphuris.* Præ-
er omnia hæc memorata commendat
etr. ab Argillata *Chirurg. L. 1. Tract.*
. cap. 9. rad. gladioli, fructus & *folia*
icus cum *foliis papaveris* in forma
mplastri, *betonicam humidam* con-
usam & superpositam, & imprimis
inerem vermium terrestium cum
pelle crudo permixtum atque appli-
itum. Barbette *Chirurg. Anatomic.*
art. 2. Libr. 2. cap. 3. addit *Lignum*
uajac. Spiritum Sulphuris, Vitrioli,
alis, Tartari, & *oleum Antimonii.*
elebris ille Amstelodamensium Con-
l Nicol. Tulpius *Observ. Med. Lib. 1.*
ap 37. omnibus præfert *oleum cinna-*
omi cum *oleo sublimati.* Affirmat
nim, se hoc remedio in segregandis
eleriter ossibus nec vidisse, nec le-
sse quicquam convenientius. *Ole-*
m aluminis præ cæteris extollit D.
cheffer *Disputat.* sua *Inaugurali*, ad-
citque *opopan. sagapen.* & *ostrac.*
mbust. cum terebinth. *Mercurium*
dcem in *aqua plantaginis* solutum
illitum ad cariem simul ac nigredi-

nem ossis probat Joh. Hartmanni *Prax. Chymiatric. p. m. 392. sub. titt. Fistul.* Capivaccius *Libr. 5. Meth. Medd. cap. 11.* in carie ex lue Venerea acc ossium exsiccationem *pulverem tutiæ* cum *pulvere lithargyri, & corticum ligni guajaci* inspergere, & *unguentum de tutia* superponere jubet: quoad ossium verò corruptionem quàm primùm ad fortiora, quæ inter præcipitatum potissimùm laudat, venii endum esse docet; hac tamen, ut op pinamur, lege, ut cauto cum circumspectu fortioribus illis utamur, ne pericu losas inflammationes excitando putredinem, ossisque corruptionem augeamus magis, quàm imminuamus Unde Argillata *loc. cit.* hanc fortassi ipsam ob rationem prudenter monet ut, si euphorbium (idem judicium esto de cæteris plerisque fortioribus oss superponere velis, præmuniend sit caro circundans aliquo cerato ve panno lini, ne aduratur illa. Et quo Hildanus *Observat. Chirurg. Centur 4. Observat. 21.* in specie de carios

ossibu

ſſibus mandibularum,& *oleo Vitrioli*
rtiq; aqua pronunciat, id nobis de
liorum quoque oſſium carie, hisque
milibus fortioribus, vel fortiſſimis
edicamentis dictum cenſeamus. Ita
utem ſcribit : Oſſibus carioſis man-
ibularum ut *ignis* & *ferrum* , item
leum Vitrioli & *aqua fortis* adhibe-
ntur,non ſuadeo, idque propter gra-
iſſimas cauſas. Cæterùm poterunt
x adductis ſimplicibus, prout res fe-
et , variæ compoſitionum formulæ
acili negotio concinnari. Sequens
ennerti *loc. cit.* ex Avicennæ *Fen. 4.*
ibr. 4. Tract. 4. c. 11. primitus dima-
at, unde Argillata quoque hauſit:

℞ *Rad. ariſtol. rotund.*
ireos,
myrrhæ,
aloës,
cortic. panacis,
terræ Erythridis uſt.
ſcoriæ æris,
cort. pini, partes æquales.

Ex his vel pulvis oſſibus inſpergen-
lus, vel,ſi melle roſato, aut unguen-

to

to Ægyptiaco, prout videbitur, exc- cipiatur, Unguentum fieri poteritt Succincta est, laude tamen sua non mii nus digna illa Pauli Barbette *l. 6.*

℞ *Mumiæ*
sarcocollæ ana drachm. sem.
euphorbii drachm. un.
M. F. Pulvis

Item quæ sequitur.

℞ *succi chelidonii maj.* unc. duas
spir. vini unc. un.
myrrhæ,
aloës ana drachm. duas
vitriol. alb. scrup. un.
M. pro Injectione.

Restant adhuc duo singularia: unum Sennerti est *loc. all.* quod ita de scri- bit:

℞ *Sulphuris citrini* libr. un.
ponatur ad ignem lentum, ut li- queſcat, cui adde
Tartar. pulverisat. libr. sem.

Misce diligenter, donec frigida eva- dant. Postea pulverisentur, & super lapide in locum humidum ponantur, donec liqueſcant. Hoc *oleo* ossa cor-

rosa

ſa inunguntur. Alterum *Ceratum vinum* Joh. Sculteti eſt, ab ipſo deriptum in *Armamentar. Chirurg. bſervat. 6.* quod D. Paul. Ammanno imprimis probatur, potiſſimùm ſi o majori efficacia *oleum de lacertis ridibus* admiſceatur, quòd hoc ſom (cum ipſo loquor) *Spinam Venſam* perfectè curare dicatur. Ex omnibus autem, quotquot jam cum mplicia tum compoſita recenſuimus edicamenta, nulli major virtus in rrupti oſſis emendatione ab Authobus adſcribitur, quàm euphorbio; nde quoque á variis vario elogio oratur, & quaſi certatim commendar. Argillata *Lib. 1. Tractat. 6. c. 9.* x Serapione refert, euphorbium oſſi perpoſitum oſſa in una die excoriae & fragmenta ſeparare. Paræus, quapendens, & Hildanus vires euhorbii ex Dioſcoride deprædicant. ta enim Paræus *Libr. 18. cap. 26.* euhorbium, inquit, oſſium teſtulas, quamasque eâdem die eximit Dioſcoridis ſententiâ. Aquapendens *Op. Chi-*

Chirurg. Part. posterior. Libr. 3. c. 100 scribit, à Dioscoride laudari euphorbii um pulverisatum. Hildanus *Centurr 4. Observ. 21. §. ult.* asserit, euphorr bium mirandas habere proprietatess quòd suâ caliditate non solùm humoo res in osse exsiccet, sed & occultâ quadam facultate hîc conveniat; add ditque, quòd etiam à Dioscoride ossi bus carioſis adhibitum fuerit, nec mee tuenda sit ipsius acrimonia, etiamsi linguam & nares mordicet, quodque ulceribus, quantumvis copiosè insper sum, tamen nullum dolorem aut in flammationem excitet. Hoc, porro ait, paradoxum quidem esse putabis Sed ego expertus loquor. Tandem ab horum latere stat Fallopius, qui *Tractat. de Morb. Gallico cap. 96* ingenuè profitetur, se euphorbio nul lum præstantius, & quod citius os corruptum tollat, inveniſſe remedium Hæc elogia nonne imitabile nobis pa riant exemplum?

(5) Hujus hoc Authoris modo præ parati *Olei Antimonii* loco esse fortas

sis

poſſet vel ipſum *oleum* ſive *butyrum* ntimonii cum æquali parte *Mercu-i ſublimati* paratum, & in *Diſpenſa-rio novo Norimbergenſ.* deſcriptum; el ſaltim *oleum Antimonii* Sennerti am *ſaccharo cando confectum*, & in iſpenſatorio *Auguſtano* exhibitum.

(6) Quibus addatur hoc Joh. Vigo-s Ceratum, huc, ut videtur, apprimè cturum, quod ipſe *Practic. L. 5. cap. 2. m. 509.* millies cum honore & non arva utilitate ſe eſſe expertũ teſtatur, obilisque & ſecurioris operationis & agis delectabile, quàm linimenta, aque exulcerationibus & doloribus allicis, item ubi tuberoſitates per s ſunt, in removendo illo dolore ma-nam eſſe medicinam, & unam quam-ue ejusmodi ulcerationem breve empore ſanare ſcribit. Eſt autem le:

℞ *Olei chamamelin.*
anethin.
de ſpica,
de lilio ana unc. duas
de croco unc. un.

pin-

pinguedin. porcin. libr. un.
vitul. libr. ſemis
euphorb. drachm. quinque
thuris drachm. decem
olei laurin. unc. duas & ſem.
pinguedin. viperæ unc. duas &
ſem.
ranarum viventium numer
ſex
lumbricorum lotorum cum *vin*
unc. tres & ſem.
ſucc. rad. ebul.
enul. ana unc. duas
ſquinanti.
ſtœchados
matricariæ ana manipul. un.
vini odoriſer. libr. duas

Bulliant omnia ſimul usque ad con
ſummationem vini: deinde colentur
cui Colaturæ addantur

lithargyrii aurei libr. un.
terebinthin. claræ unc. duas,

& cum *cerâ albâ* ſufficienti ad ignem
fiat *Ceratum* ad modum *Sparadrapii*
addendo in fine cocturæ

ſtyracis liquidæ unc. un. ſem.

deinde

inde auferatur ab igne, baculo agi-
ndo, donec tepidum fiet, poſtmo-
m addantur

argenti vivi extincti cum *ſali-*
va unc. tres

rum baculo agitando, donec *ar-*
ntum vivum optimè incorporetur.

(7) Reprimentium uſum alii ad-
ittunt, alii rejiciunt. Admittere
detur Rhaſes, allegante eum Seve-
no *cap. 21. p. 317.* quando toto ſtu-
o infrigitandum locum præcipit,
oniam hoc regimine prohibitio fiet,
o non corrumpatur os, ſed re-
anebit in ipſa diſpoſitione per tem-
s longum absque ulceratione. Hunc
quitur Vigo, qui *Libr. 9. cap. 34.*
od de *Spina Ventoſitate* inſcripſit,
preſsè ait, quòd conſecutâ ventris
lutione, ad localia reſolventia trans-
ndum ſit cum aliqua *repercuſſione*
iſta. At Severinus, qui omnia re-
llentia penitus damnat, ad Rhaſis
ntentiam reſpondet, quòd is non
ſi leviter frigidâ cum roborantibus
iſtâ materiâ, & quidem ſublato et-

iam

iam prius cacochymiæ fomento, ecc
consilio utendum censuerit, ut ea
nimio succorum acrium atque effer-
vescentium incursu tueretur obno-
xiam magno malo particulam; dein-
de quòd ipse Rhases non perfectam
& absolutam Pædarthrocaces notiti-
am habuerit. Quòd autem Severi-
nus repellentium usum improbet, hæc
ferè ejus sunt rationes (1) quòd *Spinæ*
Ventositatis tumor sive abscessus non
calidus, sed frigidus, appareat, (quæ
tamen ratio infirma est, cùm nec in
calidis abscessibus semper proficua sint
repellentia) (2) quòd tumor nostert
per longum congestum procreetur,
longissimus item & contumaciſſimus
sit affectus, ossique, articulis, perio-
steo, & nerveis particulis incum-
bat, ubi iterum repellentia partim
non convenirent, partim etiam non
efficerent, quod aliàs solent. (3) quòd
verendum esset, ne ossium, ceu par-
tium corporis nostri alioqui debilissi-
marum naturâ pusillus calor intem-
pestivo repellentium usu prorsus jugu-
lare-

tur : Quæ cauſa tanti fuit apud briel. Fallopium , ut *Libr. de Tu-ribus* generalem hanc normam at- exceptionem poſuerit inter de- n leges repulſum interdicentes (4) od *Spinæ Ventoſitas* plerunque cor- ti habitus homines, id eſt, cacochy- cos laceſſat , ipſeque ille humor, externas partes ſub hoc noſtro af- tu coinquinat, corruptus ut pluri- m ſit. At quo in caſu viciſſim re- lentia adhiberi minimè debeant; ta Heurnii cautelam, qui *Commen-r. in Aph. Hipp. 25. Sect. 6.* adeo neralem inde format regulam , ut at , quicquid ex viſceribus ad cu- n abit, id non debere retrudi. Nos diâ tutiſſimi ibimus viâ , *Pandol-inum* noſtrum, ceu ducem ſecuti, i ſimiliter hîc quidem loci , præ- te dolore, puris reprimentibus pe- us quidem interdicit, ita tamen, ut quo in caſu, quem vide, paulò poſt viciſſim admittat.

(8) Uti narcotica medicamenta quibusvis morbis prudenti cum circum-

circumſpectione, & non niſi extrem
doloris urgente neceſſitate in ſubſi
dium vocanda, quia omnia palliati
vam tantùm curam præſtant; ita hoc
quoque in præſenti noſtro affectu cau
tè ac deliberatè adhibenda ſunt
quemadmodum hoc ipſum *Pandor*
phinus quoque noſter præcipit, quip
pe qui hîc quidem loci ea quadante
nus probat, aliquot autem interjecti
lineis rurſus improbat, ac non immo
ritò ſuſpecta habet.

(9) Inter illas rationes, prop
pter quas ſuppuratio in *Spina Ventri*
ſitate peſſima meritò exiſtimand
poſtrema validiſſima nobis videtur
quia nimirum ſuppurantia oſſis & cir
cumſitarum partium corruptionem
juxta ac putrefactionem magis adhu
accelerarent, quam tamen omni ſtu
dio ſervandorum hominum Opifex
Medicus, avertere, ac prohibere de
bet.

(10) Per calidum autem hoc in
tellige calidum innatum, quod pler
que Veterum Scriptorum per ſua
ſtanti

antiam corpoream calidam, viven-
bus propriam, & pro ſpecificarum
rmarum diverſitate diverſam defi-
iunt.

(11) Hujus opinionis è Veteribus
etr. ab Argillata *loc.* ſæpe *alleg.* è Re-
entioribus verò Petr. de Marchettis
c. cit. imprimis eſſe videntur. Ar-
llata poſtquam modum, quo *Spinæ*
entoſitas generetur, expoſuit, ſtatim
ulloque alio intercedente verbo ſub-
ectit, illic conſequenter *facta inci-*
one reperitur corruptio in ſubſtantia
ſis tota, vel in parte ejus, usque ad
edullam. Ex quibus colligitur, Pe-
tisſimum hunc Chirurgo-Medicum
ciſionem, ſive apoſtematis apertio-
m ſine prævia multorum aliorum
picorum adhibitione, antequam
ndo Malum altiores egit radices,
adere. Quod & quæ mox ſequun-
r verba confirmant, quando, cura,
quit, *Ventoſitatis Spinæ* eſt evacua-
o univerſalis; deinde operatio loci,
i neceſſariò conſequenter debet *os*
rruptum removeri. Marchettis

vult, ut, ſtatim ac Patiens conqueri-
tur de dolore pungitivo ſpinoſo vel-
uti, in articulis vel manuum, vel pe-
dum, cubitorum, aut genuum, ſivee
malleolorum, nullo licet apparentee
tumore, ſectio ejus fiat. Sed in quem
animadverſio, quam habet D. Amm
mann cum Reſpondente ſuo, non ſuss
que deque habenda. Nimirum Marr
chettis conſilium, ait hic, admodum
præceps eſt, quando in pungitivo doo
lore, v. g. cubitorum, genuum, &
malleolorum, nullo etiam adhuc app
parente tumore, ſectionem ſuadee
Nunquam enim ad amputationem
confugimus, niſi factâ jam ſolutâ um
tate, hoc eſt, præſente ulcere, quan
doquidem Medicus ex relatione æg
certam morbi hujus cognitionem noo
ſemper habet, nec quilibet dolor ſe
lùm, quamvis etiam formicans
Spina Ventoſæ præſentiam præcisè i
dicat. Quomodo ergo in tam dubb
caſu amputationem, vel ſaltem inc
ſionem moliri poterit? Quin potii
exſpectandum ipſum ulcus, & vu
cer

certò per ſigna conſtat, adeſſe *Spinam Ventoſam*, videndum, utrum, juxta monitum Paræi vel terebellis deſquamatoriis & radulis (veluti faciunt ſtatuarii) teſtæ carioſæ ſubtiliter abradi aut deſquamari, vel utrum terebello, ab eodem Paræo deſcripto, os carioſum locis pluribus perforari posſit? Verùm de hoc duplici Paræi conſilio terum monendum, osſis carioſi abraſionem & deſquamationem in vera *Spinæ Ventoſitate* ſine magno ægrotantis emolumento inſtitui nobis vileri. *Spina* enim *Ventoſitas* eſt interna oſſis corruptio, id eſt, in qua intima ac interna oſſis ſubſtantia primò corrumpitur, & in qua tota oſſis ſubtantia ut plurimùm occupatur. Quid rgo proderit, os abradere ac deſquanare, cùm abraſio non niſi externas orrupti oſſis ſquamas tollat? Conentientem habemus Optimum Sentertum *Prax. L. 5. Part. 2. cap. 13.* um abraſionem duo exigere inſtruenta ſcribit, ſcalprum puta, & tereram, quorum illi locus ſit, ubi *os*

non ita altè corruptum est. Ideirco abrasio in vulgari quidem, sive externa ossis carie conveniet, in nostra autem & vera *Spinæ Ventositate* nom item ; nisi in hac quoque ideo saltem abradenda ossa credamus, ut iteratâ abrasione attenuata ac rarefacta ossa, postea vel sua sponte, vel congruc medicamentorum usu præterea adju ta citiùs ac faciliùs tota carioſa ab scedant. Alterum autem consilium de terebello, terebrâ, vel trepan certis in casibus non penitus spernem dum videtur. Terebrâ enim utem dum, si caries profundiùs penetrett iterum docente Sennerto *l. c.* ex Cell *Libr. 8. cap. 2.* & comprobante eam dem Operationem Petro de Marchett tis, non quidem indifferenter in co mni, sed hac solummodo *Spinæ Ven tosæ* specie, quando totum internodi um, maximè in pueris, digiti manu vel pedis, corruptum est. Hoc enim in casu, inquit, quia neque ignis, nec que ferramenta juvant, horum loc trepano tenuiori utendum, quo ejus

derr

dem internodii media pars perforanda, à qua, forficulis affabrè in hunc uſum paratis, partes laterales ſecandæ, atque totum internodium paulatim educendum volſellâ, cujus vacuus locus progreſſu temporis carne opplетur; quæ quidem in pueris durior quodammodo facta, & veluti calloſa oſſis vice fungitur; quanquam ubi totum internodium eſt ablatum, digitus, muſculis ad caput ſuum retractis & cedente carnis mollitie, decurtetur. At ſi totum internodium auferri debet, indeque digitus decurtatur, dubitare adhuc ſubit, utrum curatio trepano jam deſcripto tenuiori, an verò vel communi amputatione, vel volſellis, maximè in cartilaginoſis puerorum oſſibus, feliciori ſucceſſu conſingere poſſit. Cæterùm quod modum attinet, quo apoſtema aperiendum ſit, ſequitur in eo Pandolphinus noſter Joh. Vigonem *l. c.* quando uterque juxta longitudinem incidendum præcipit. Ita enim Vigonis ſonant verba: Factâ maturatione, inquit,

quit, quæ pro majori parte ſequitur in membro absque multa elevatione cutis, & mutatione in colore, locus incidatur *juxta membri longitudinem.* Quibus ex verbis & hoc inſuper ſimul hariolandum, ipſum quoque Vigonem *Spinæ Ventoſitatis* tumorem, antequam ipſe exterius rumpat, aperire ac incidere ſuadere; taceo, quòd Idem paulò poſt perſpicuè aſſerat, ſe comperiſſe, dolorem in *Spina Ventoſitate* adeo intenſum fuiſſe, ut propter ejus venenoſitatem, & multitudinem materiæ ſæpenumero *locum ante maturationem perfectam aperire* coactus fuerit. Quæ tamen viciſſim cum grano ſalis intelligenda. Aliàs quoad ipſam inciſionis figuram diſſentit à Vigone & *Pandolphino* noſtro Severinus, quando *cap. 21. p. 316.* ſi cutis integra adhuc eſt, non per longitudinem, ſed ad figuram literæ X. eam incidere, orasque ita diducere jubet, ut ſpatium pateat, quò ferramenta adhiberi, aliæque Chirurgicæ operationes adminiſtrari queant; ututt

cæte-

æteroquin (ut obiter hoc adjiciamus) uando os jam detectum eſt, idem rebris per terebellum foraminibus ertundendum eſſe & ipſe affirmet.

(12) Aperto apoſtemate, foramen uod vel illa apertione Chirurgi manu vel ſua ſponte factum eſt, non ſolum apertum deinceps ſervandum, ed & ulteriùs dilatandum, quo fieri oteſt modo. Fiet autem vel turundis, vel ferro, vel cauſtico aliquo medicamento. Turundæ parantur vel x ſpongia præparata, vel ex radice entianæ, vel ex medulla ſambuci aut orgi, quæ foramini intruſæ humiditates circumfluentes imbibunt, unde intumeſcunt, ſicque foramen mpliant. Ferro ulcus ſive foramen ilatare, inuſitatius eſt, niſi vel pecuare dilatatorium inſtrumentum el ſectionem ſubintelligere velimus, uæ viciſſim non ſemper, ſed tum demum locum habere poteſt, quando e arteriæ, nervi aut tendinis alicuus periculosâ læſione nihil metuendum. Frequentius autem ferro ipſum

apoſtema aperiri ſolet, quod & ipſe fortaſſis Author noſter voluerit. Ita cauſtico quoq; medicamento appoſito ulcerum foramina non ſolùm ampliora redduntur, ſed & tumores aperiuntur. Eſt autem cauſticorum ingens varietas, adeo, ut vix Chirurgus ſit, qui non ſecreti aliquid hîc jactitet. Illud communiſſimum cauterium, quod ex ſolo lixivio, è quò ſapo conficitur, parari ſolet, ſexcentis aliis præfert Heurnius *Libr. 1. Meth. ad Prax.* quod inde peti poteſt. Sequens magiſtrale cauſticum mirabile vocatur, quòd apoſtemata & bubones rumpat, fonticulis excitandis inſerviat, cancrosque, ſcrofulas & malum formicæ, (quo ipſa *Spinæ Ventoſitas* indigitatur) perſanet. Deſcribitur autem in *Italico* quodam *Libello Libr. 1. pag. 65. Venet. 1670.* impreſſo, & *Compendium mirabilium Secretorum* Dominici Audæ inſcripto; cum *nova Appendice* ejusdem Authoris. Et communicavit nobis Amiciſſimus noſter D. Lucas Scrõckius Jun. Medicus

Augu-

Auguſtanus. Eſtque Latinè à nobis redditum tale:

℞. *Vitrioli uſti* unc. duas.
ſalis armoniac. unc. un.
calcis viv.
tartari calcinat. ana unc. tres.
Coq. in lixivii è ſtipitibus fabarum parati quant. ſuff. ad humiditatis conſumtionem; legeque Artis exſiccata maſſa ſervetur loco ſicco in vitro benè clauſo ad dictum uſum.

Sunt autem cauſtica hujusmodi eâdem cautione apponenda, quâ foriora illa contra oſſium corruptionem ſuperiùs *num. 4.* commendata medicamina apponenda eſſe diximus. Nimirum nunquam non affectæ partis habenda ratio, cavendumque eſt, ne arteriæ, majores venæ, nervi, aut tendines cum gravi ægrotantis damno temerè violentur.

(13) De raſione ſive abraſione oſſis, quæ limâ, ſive raſpatoriis, ut vocant, inſtrumentis fit, incidenter aliquid diximus ad *num. 11.* Cui hîc

addendum, quod, si spes est, limatione os corruptum totum tolli posse, hæc operatio in nostro quidem affectu majori cum fructu instituì videatur, quàm si superficietenus tantùm abraderetur, ob dictas rationes; ob quas fortassis ipse quoque Vigo *l. c.* non leviter saltem ossa vitiata derasit; quin potius, uti scriptum reliquit, multoties *magnam partem focillis brachiorum* & *tibiarum raspatoriis* & ferro candenti *removit*, modò ut ad sanitatem infirmum perduceret.

(14) Ad ignem, sive candens ferrum & ustionem tandem etiam, mitioribus hactenus adductis præsidiis non sufficientibus, deveniendum, juxta antiquissimi Præceptoris, Hippocratis nostri *Aph. 6. Sect. 8.* datum consilium: quæcunque non sanant medicamenta, ea ferrum sanat, quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat: quæ ignis non sanat, ea incurabilia judicare oportet. Miris autem laudibus ignis efficaciam in hoc nostro quoque affectu imprimis Severinus effert. Id, inquit,

nquit, *cap. 20. pag. 315.* quod efficacisſimum proponere ſuper omnia possum, eſt ignis actuoſus, quod remedium uſitatum in pleriſque competi mirabile; confirmatque ejus uſum aliquot exemplorum inductione, quæ mox ibidem ſequuntur. Modum utendi docet Petr. de Marchettis *loc. cit.* Dilatato, ait, foramine ſectione, ſpongiâ præparatâ, radice gentianæ, medullâ ſambuci aut ſorgi, in idem demittenda cannula ferrea utrinque perforata, mox candenti ferramento os corruptum inurendum, quousque perito artifici ex uſu videatur futurum, ut ſtatim abſcedat; tum verò curationis quod ſupereſt, modo ſolito proſequendum. Non abſimili huic modo procedit Sennertus *l. c.* quippe qui ibidem per fiſtulas ferreas, quibus caro defendatur, cauteria applicanda, illarumque plures in promtu habere ſuadet, ut, poſtquam una incaluit, alia frigida adhibeatur; vel, ſi unâ uti libeat, poſtquam incaluit, in aquam frigidam immittatur. Atque

hoc utroque modo, prout decet, cavebimus, ne caro vicina, aliæque adhuc sanæ partes improvisò simul adurantur, unde exquisitissimi dolores, periculosæ inflammationes, aliaque gravia symptomata suscitari possent. Quod tandem ipsum ustionis usum spectat, habet ea non solum peculiariter iis in locis locum, ubi propter loci profunditatem aut foraminis angustiam lima, aliave abrasoria instrumenta adhiberi nequeunt; sed creditur præterea, eam singulari virtute contra malignitatem & virulentiam, eam exsorbendo ac exhauriendo, facere, corruptiique osfis separationem juvare, & imprimis ad excrementitias humiditates absumendas præstantissimum, ut vocat Sennertus *l. c.* esse remedium, qui postremò & hoc non prætereundem addit; post ustionem, ad inflammationem prohibendam, & dolorem leniendum primò *aquam rosaceam* cum *albumine ovi* applicandam, hinc *oleum rosat.* cum *ovi vitello*, postea *butyrum* cum *melle rosaceo*,

aceo, ipsi vero ossi adusto pulverem
x *rad. peucedani*, *aristolochiæ*, *eu-*
horbio, aut aliud ex supra proposi-
is medicamentis imponendum, do-
ec os corruptum separetur & absce-
lat. Singulares inustionis modos vid.
pud Joh. van Horne *Microtechn. p.*
96. & *seqq.* nec non Severinum *Py-*
otechniæ passim quidem, præcipuè
erò *Part. 3. cap. 1. 2. 3.*

(15) Huc referri posset & illud re-
nedium, quod in ipsa nostra *Spina*
Centosa, ceu secretum, sæpissimè
roficuum expertum se esse testatur
Dominicus Auda, *Italico* suo supra
llegato Libello, quod:

℞. *Aquæ vitæ*
rosarum ana unc. sex
mercurii sublimati unc. tres
opii unc. semis.

rimùm coquatur *opium* minutim
issectum, & liquefiat, dein addatur
ercurius sublimatus, & post qua-
uor ebullitiones decoctum hoc ab
gne removeatur; quod si adhibere
upis, linteum in eo madefactum

parti affectæ imponatur, ut eam totam cooperiat, atque supra illud aliud majus *aqua plantaginis* imbutum; sicque per 12. horas relinquatur.

(16) Os in *Spina Ventositate* semper est læsum, & quidem primariò. Et si non est læsum, non est *Spinæ Ventositas*, sed alius quidam tumor, qui huc non pertinet. Unde hæc Authoris differentia nulla est.

(17) Est autem *Unguenti Resinæ Sarcotici* descriptio talis, uti habetur in *Antidotar. Bononiens. pag. m. 407.* & *417.* item in *Pharmacopœa Bergomens. p. m. 267.*

℞. *Resinæ pini,*
terebinthinæ,
ceræ citrinæ,
olei communis ana unc. tres.

Dissoluta *cera*, *resina* cum *oleo*, ultimò *terebinthina*, omnia colentur, & in cacabo ad ignem lentum bulliant: deinde permittantur infrigidari.

(18) *Unguentum Matrisylvæ*, seu *Periclymeni*, seu *capitale*, vel *capel-*
lum

um, uti vocatur in *Pharmacopœa Ber-omenſium p. m. 276.* ita deſcribitur:

℞. *Ceræ* flavæ
Reſinæ terebinthinæ, ſeu *communis*, *Pineæ*,
olei roſati completi ana libr. duæ,
abiegni libr. una,
foliorum periclymeni in umbra ſiccatorum
betonicæ,
foliorum ſalviæ
gummi elemi ana unc. ſex,
radic. ariſtolochiæ rotund. unc. tres

Herbæ fractæ *vino albo* odorato ma-erantur per 24. horas : reliqua ad-luntur, & coquuntur, donec *vinum* erè evanuerit; expreſſum ope torcu-aris , & refrigeratum igni redditur, lum *vinum* ex toto evanuerit ; poſt-:a additur *gummi*, *vino*, aut *oleo ſolu-tum*, vel in pulverem redactum, agi-ando dum fiat unio. Aliqui monent *ceram* & *reſinas* immiſcendas , poſt-quam

quam *vinum* coquendo evanuerit, & in fine gummi. Sunt qui addant

Maſtiches albæ,
Thuris optimi ana unc. unam
& ſem. aut etiam du-
plum.

(19) Talem reconditam qualitatem & illud fortasſis posſidebit remedium, quod prædictus Dominicus Auda ibid ſecretum paucis cognitum, planeque miraculoſum, & in Malo formicæ, id eſt, *Spina Ventoſa* probatiſſimum vocat *L. 1. p. 67.*

℞. Duos aut tres *veſparum nidos* unà cùm inibi hærentibus *parvulis veſpis*, itemque *mellis favi* cum minutis ſuis *apibus* pugillum unum. Contundantur ſimul, & cum tantillo *mellis* fiat inde *Emplaſtrum* ſupra partem affectam applicandum:

(20) Paul. Barbette ſcribit, *Oper. Chirurgic. Anatomic. Part. 2. Libr. 2. cap. 7. p. m. 174.* ſe nullum medicamentum cognoviſſe, quod ſuo tempore adhibitum citiùs cicatricem inducat,

lucat, quam *Amalgama Mercurii*, cujus hæc sit præparatio.

℞. *Plumbi* unc. duas.
liquefacto adde
Argenti vivi unc. duas
effunde super chartam,

Exsiccatum, pulverisatum, *Emplastro de plumbo* aut *diapompholygos* misceri potest.

